*AUTHOR:*

TERAMO (ITALY)

*TITLE:*

STATUTI DEL COMUNE
DI TERAMO DEL1440

*PLACE:*

FIRENZE

*DATE:*

1889

Master Negative #

93-81382-8

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/SAVE  Books      FUL/BIB  NYCG93-B3021          Acquisitions     NYCG-BT
FIN ID CSUG13191900-B - Record 1 of 1 - SAVE record
UNI
  ID:NYCG93-B3021            RTYP:a    ST:s    FRN:   MS:   EL:      AD:04-06-93
  CC:9114  BLT:am     DCF:a   CSC:d   MOD:    SNR:     ATC:        UD:04-06-93
  CP:it      L:lat    INT:    GPC:    BIO:    FIC:0    CON:b
  PC:s     PD:1889/           REP:    CPI:0   FSI:0    ILC:h       II:0
  MMD:      OR:    POL:    DM:    RR:         COL:     EML:        GEN:  BSE:
  040     NNC‡cNNC
  043     e-it---
  110 1   Teramo (Italy).
  245 10  Statuti del comune di Teramo del 1440‡h[microform] :‡clesto originale
        ora per la prima volta pubblicato con note e fac-simile da Francesco Sav
        ini.
  260     Firenze :‡bTypografia di G. Barb_era,‡c1889.
  300     viii, 264 p. :‡bfold. col. facsim. ;‡c20 cm.
  650  0  Law‡zItaly‡zTerano.
  700 10  Savini, Francesco.
  LDG     RLIN
  QD      04-06-93
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm    REDUCTION RATIO: 11X


IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 5/5/93    INITIALS JAMES

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT








**AIIM**


**Association for Information and Image Management**


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.





## Assisiarum liber primus incipit.

¶ De officio notarii capitulorum. Rubrica. I.

Assisiam facimus et firmamus quod deinceps futuris temporibus circa electionem teramani iudicis fuetur infrascriptus ordo. videlicet quod una die pro altera sequenti die convocati omnes et singuli de dicta civitate Terami et suo districtus veniant ad parlamentum quo parlamento in publico pretorio terami congregato more solito per preconem proponatur de electione futuri iudicis et notarii ordinem de qua cum tractatur quicquam aliud univ(er)sitati incumbens ad ipsam electionem non pertinens non proponatur nec tractetur. Sed in ipsi electioni iu-dicis et notariorum sic fiende adhibeatur hec forma

# STATUTI DEL COMUNE DI TERAMO

## DEL 1440.

# STATUTI

DEL

# COMUNE DI TERAMO

## DEL 1440

TESTO ORIGINALE

ORA PER LA PRIMA VOLTA PUBBLICATO CON NOTE E FAC-SIMILE

DA

FRANCESCO SAVINI.





FIRENZE,
TIPOGRAFIA DI G. BARBÈRA.

1889.

ALLA CITTÀ DI TERAMO

QUEST' UMILE MA NATURAL TRIBUTO DI STUDII E DI SPESE

OFFRE L'AUTORE

AL QUALE

DIFFICOLTÀ DI TEMPI E SCARSEZZA DI FORZE

NON CONCEDONO MAGGIORI SERVIGI.

# AVVERTENZE AL LETTORE.

Dopo avere, nello *Studio* che riguarda il testo dei presenti Statuti (e che dovrebb' esser di questi l' inseparabile compagno), detto abbastanza della forma e della sostanza loro, non ci resta che spender qui poche parole che stimiamo necessarie a chi vorrà leggere il Codice.

1° Diremo in prima che la materia di non poche note da noi apposte al testo è contenuta nel nostro *Studio* e che perciò stemmo alquanto in forse se dovessimo sopprimerle, contentandoci di semplici richiami al predetto *Studio:* ma siccome da un lato il testo forma un volume a parte e sta come da sè e dall' altro le note a piè di pagina riescono di grande agio al lettore che non è obbligato in ogni momento a porre mano ad un altro volume, così abbiamo creduto di lasciar le note al loro posto.

2° Notisi che il testo fu da noi stessi copiato con la massima diligenza ed esattezza che potemmo adoperare. Abbiamo mantenuto, giusta i precetti dell' Instituto storico italiano,[1] intatte le dizioni, sciogliendo però i nessi e adottando l' uso moderno per ciò che si attiene alla punteggiatura; senza però mutare le lettere minuscole in maiuscole, siccome vorrebbero que' precetti.

[1] Seduta plenaria dell' 8 aprile 1888.

3° Per fornire poi a chi legge un'idea esatta della scrittura e del formato del Codice poniamo in fine di questo volume il fac-simile di una pagina del testo. Esso è tolto dalla carta 4 *recto* dove finisce l'Indice del libro I e incomincia la rubrica I. Non vi sono riprodotte le interpolazioni (due rubriche dell'Indice, che si leggono però nella nostra stampa) e le aggiunte al margine fatte assai più tardi dell'epoca del Codice. La maiuscola A di *Assisiam* è tolta da quella che trovasi nell'originale a principio della rubrica LXXXVII del libro IV. Ciò ci è sembrato necessario e per riempire il vuoto ivi lasciato dall'amanuense e per dare un saggio delle iniziali miniate del nostro Codice, tra le quali abbiamo scelto una delle più ornate. Notisi da ultimo che il titolo di questa rubrica I è sbagliato, siccome noi avvertiamo nella nostra stampa al luogo proprio.

4° Altre avvertenze più minute, che qui infarcirebbero di troppo le pagine, seguiranno ai luoghi opportuni.

5° Il Glossario (oltre le numerose dichiarazioni lessicografiche poste a piè del testo) si trova, per chi vorrà farvi ricerche, nella Parte VIII filologica del summentovato *Studio*.

6° L'Indice delle materie per ordine logico è pure in fine di esso *Studio*, mentre quello delle rubriche è a capo di ciascun libro degli Statuti, siccome scorgesi nel presente volume. Notiamo qui che, appunto in grazia di quell'Indice, non abbiamo compilato quello alfabetico oggi voluto; sendochè il nostro apposto allo *Studio*, essendo metodico, lo scusa bene, se pur non vi guadagna nell'ordine logico.

---

[1] Assisiarum Capitula municipales leges reformationes statuta et ordinamenta Civitatis Terami ad institutionem vite Civium et accolarum teramanorum ultra sacras regni constitutiones ab initio inventa fuerunt scripta et tradita, ut et ipsi cives districtuales comitatenses et accole legibus et moribus utentes honeste vite se viverent nec [2] quemcumque lederent et civitas ipsa bene morata in pace quiesceret victualibus habitationibus et populo et viribus dictum (?) cresceret et augeretur in melius. Set quia omnia veterascunt et nichil est sub sole stabile, ipsis capitulis assisiarum in codicibus redactis tractu temporum et cotidiano manuum tactu deletis et contritis aliquibusque hominum moribus per tempora commutatis quoque opus fuit ipsas assisias renovare corrigere ac reformare in melius, quod eo fuit assecutum facilius, quo quietiora et gratiora tempora sunt secuta. Cum antea et ipsa Teramana Civitas adulta a suis primordiis crevisset in populo viribus et fortunis et tamen processu temporis tractatu quandoque quorumdam non civium sed flagitiosorum et seditiosorum hominum nomen me-

[1] Così comincia *ex abrupto* il Codice dei nostri Statuti e così, per essere a questo in tutto fedeli, incominciamo pur noi.

[2] *Nec* è aggiunto da altra mano.

rentium civitatis et civium eversorum qui de pravitatis moribus tendentes in rebus libertatem commutari in servitutem invidiam passi sunt, et urbem ipsam deformari et virgis seve tirannidis opprimi passa fuerit, inultas angustias et labores molestias et agrorum depopulationes fortunarum etiam amissionem et hominum diebus hiis sub protectione gubernatione et libertate Serenissimi *Principis domini domini nostri Alfonsi*[1] *Dei gratia Aragonum, Sicilia citra* et ultra farum Valentie Yerusalem, Ungarie, Maioricarum, Sardinie et Corsice Incliti Regis, Comite Barchione Duce Actenarum et Neopatrie ac etiam Comite Rosalionis et Corritanie, Regnorum ejus hujus regni citra farum Anno Sexto feliciter Amen: redacta et cotidianis solutionum oneribus atque crebris personarum vexationibus liberata[2] de propitio fruitur otio et quiete visum fuit viris egregiis dominis sex de Regimine Civitatis predicte assisas jam caducas abolitas vetustate et male ordinatas renovandas corrigendas ordinandas et in melius reformandas esse, ut et eas Teramani offitiales et aliquibus eisdem uti contingeret habilius possent legere, et quod in ipsis quererent facilius reperire, atque habita super predictis a generali consilio Civitatis ejusdem remissione plenaria et demum inter eos maturo colloquio cum deliberatione plenaria ad ea peragenda et exequenda preclaros et integros viros Notarium Buctium Antonii, Notarium Nicolaum Andree, Notarium Angelum Cicci et Notarium Mathutium Lelli honorabiles viros cives Teramanos et me Matheum Pauli de Monte Sancte Marie in lapide Judicem infrascriptum ut de predictis costat manu notarii Ricciardi Sir Luce de Monte predicto Notarii Capitolorum dicte Civitatis Terami inde rogati nobis super predictis potestatem omnimodam et auctoritatem ple-

[1] Intorno al principe d'allora e all'epoca, in cui questi Statuti furono redatti, vedi la *Prefazione* (§ 7) del nostro *Studio* sui medesimi.

[2] In tutto questo lungo periodo si allude alla dominazione di Giosìa Acquaviva duca d'Atri e alle terribili lotte delle fazioni, che tormentarono Teramo nella prima metà del secolo XV.



nariam concedentes. — Set quia, ut inquit Gregorius, Omne opus sit irritum quod a divino trinitatis munimine non suscipit incrementum. — Ad laudem igitur et reverentiam sancte et individue trinitatis ac beatissime virginis gloriose matris omnium beatorumque apostolorum nec non et gloriosissimi confessoris sancti Berardi Episcopi Civitatis et populi Teramani dignissimi protectoris reliquorumque superiorum qui urbi huic populoque president sanctorumque omnium ac sanctarum curie superne celestis qui inchoato operi faveant et assistant. Ad laudem etiam et honorem Reverendi in Christo patris et domini domini Iacobi de Interamnia dignissimi Episcopi Aprutini[1] patris et benefactoris nostri optimi. Ad gloriam honorem laudem et exaltationem prelibati domini Francisci Sfortie Vicecomitis[2] Comitis Marchionis et Confalonerii predicti,[3] ac etiam ad quietem pacem concordiam et perpetuam unionem Civitatis et populi teramani. Nos Matheus Judex civilium causarum prefate Civitatis Terami, Notarius Butius, Notarius Nicolaus, Notarius Angelus et Notarius Macthutius renovatores correctores ordinatores reformatores et assisiarum predicti dictas assisias renovantes corrigentes ordinantes et reformantes eas in quinque libros dividendas duximus simulque in uno volumine in codicibus publicis redigendas. In quorum primo libro electiones Teramanorum officialium et eorum offitia, in secundo civiles causas, in tertio criminales, in quarto extraordinaria et in ultimo dampna data contineri constituimus, ut singula suis locis quesita lectoribus latius pateant et querentibus sint impromptu. Primo namque pronuntur primi libri rubrice hoc ordine prosequendo videlicet:

[1] Questo è Giacomo Cerretani di Teramo che in quel tempo era vescovo della sua patria. (V. per costui Palma, *Storia di Teramo,* vol. II, pag. 109.)

[2] È il celebre condottiero Francesco Sforza, poi duca di Milano, e che allora era signore di Teramo. (V. lo stesso, vol. II, pag. 113.)

[3] Questo epiteto *predicti* attribuito allo Sforza, mentre qui sopra non si trova menzionato, dimostra vero ciò che si dice nel luogo or citato intorno la vera epoca in cui furono scritti questi Statuti.

Rubrica





Rubrica

[1] Queste due ultime rubriche sono in questo sommario aggiunte da mano di epoca molto più recente del testo e certamente in forza della Rubr. LVIII del Lib. I.

---

# ASSISIARUM LIBER PRIMUS INCIPIT.

## *De officio notarii capitulorum - Rubrica I.* [1]

Assisiam facimus et firmamus quod deinceps futuris temporibus circa electionem teramani judicis servetur infrascriptus ordo, videlicet, quod una die pro altera sequenti die convocati omnes et singuli de dicta Civitate Terami et sui districtus veniat ad parlamentum quo parlamento in publico pretorio Terami congregato more solito per iudicem proponantur de electione futuri iudicis et notariorum de qua cum tractatur quicquid aliud universitati incumbens ad ipsam electionem non pertinens non proponatur nec tractetur. Sed ipsi electioni Judicis et notariorum sic fiende adhibeatur hec forma, videlicet, quod vigintiquatuor homines qui debent Judicem et notarios eligere eligantur per sex de regimine dicte Civitatis ad hoc remissionem et auctoritatem habentes a dicto parlamento qui vigintiquatuor sic electi simul cum dictis sex de regimine plenam potestatem habeant dictos judices et notarios elegendi cum salariis juxta merita personarum et prout eisdem eligentibus convenire videbitur inspectis temporibus et facultatibus universitatis Terami hoc tamen specifice intellecto quod dicti Judex et notarii eligendi sint longinqui origine et habitatione civitate Terami per distantias ad minus

[1] Titolo errato invece dell' altro *De electione judicis causarum civilium et ejus offitio.*

triginta miliarium nec habeant in dicta civitate aliquem eius actinentem consanguinitate usque in tertium gradum inclusive. Et quando dictus Judex seperatim eligeretur a notario capitulorum secum ducat et toto tempore retineat et secum retinere debeat unum bonum praticum et sufficientem notarium ad custodiam nocturnam et diurnam dicte Civitatis ad scribendum civilia et quascumque licteras missivas tam Universitatis Terami quam etiam spiritualium personarum eiusdem sollicitum et actentum per dictum Judicem deputandum et ad quecumque alia ipsi universitati incumbentia ad que Sex de regimine qui per tempora fuerint ipsum notarium exercitari voluerunt. Et similiter dicti electores cum dictis Sex de regimine eligere habeant duos arrationatores rationum camerarii et introytum communis et exitum et taxatores collectarum et unum depositarium qui recipiat omnem pecuniam tassandam et recolligendam tempore futuri iudicis quorum officium duret mensibus sex sicut officium Judicis a quibus ratio requiratur per rationales sindicatores Judices tempore quo ipse Judex cum suis officialibus et familia sindicatur, que electiones Judicis et notariorum et arrationatorum et depositarii predictorum fiant per sex mensibus tantum, videlicet, bis anno quolibet et primo semestri quod incipit in Kalendis Septembris fiant de mense Julii proxime precedente secundo semestri quod incipit in kalendis Martii, fiant de mense Januarii proxime precedentis. Et aliter facte dicte electiones sint ipso iure et facto casse irrite et inanes. Et processus fiendi per dictum Judicem et notarium aliter electos nullius sint valoris roboris vel momenti, hoc etiam expresse addito et in posterum firmiter observando quod quidquam Judex notarius et familiari qui in Teramo fuerint ad offitium uno semestri et etiam dicti arrationatores et depositarius legaliter et fideliter se gesserint in eorum officiis et ipsa officia bene terminaverunt sequenti semestri ad eadem officia vel ad alia in fraudem aliquo quesito colore nullatenus eligantur nec assuman-



tur contra quod si fieret vel aliquid predictorum tales electiones nullam obtineat roboris firmitatem. Et qui contra formam presentis Assisie proponere et arrengare presumpserit quoque modo incidat in pena vice qualibet quinque unciarum auri cuius pene medietas applicetur regie curie vel alteri loco dicte regie curie in dominio (?) existenti vel succedenti, quarta pars Universitati Terami et alia quarta pars denunctiatori vel accusatori. Et si Judex vel successor in condempnando vel exigendo dictam penam negligens fuerit vel remissus retineatur ei tantumdem de suo salario per depositarium dicte Universitatis et pro universitate predicta. Qui Judex sic electus faciat dictam Civitatem Terami per notarios et familiares suos diebus ac noctibus bene custodiri quum in Teramo regius Capitaneus non esset. Et quia munera iudicantium oculos excecant et eos a via veritatis avertunt statuimus quod dicti Judex et notarii et eius familiares nullum donum recipiant ab aliquo de Teramo et districtu. Et si contrafecerint si Judex vel eius notarii et familiares solvant Universitati Terami vice qualibet soldos centum et tantumdem notarius capitulorum quando seperatim eligeretur et enseniator sive donator teneatur ad penam unius Augustalis vice qualibet qua contrafecerit. Idem quod Judices qui pro tempore fuerint ad (?) causarum civilium in Teramo non possint nec debeant alicui de Teramo et districtu iuridictioni sue supposito in aliqua causa civili vel criminali assistere consulere vel advocationes seu patrocinium prestare nec in se compromissa recipere supra causis aliquibus vel arbitros et arbitratores seu amicabiles compouitores esse intra aliquos letigantes in Teramo. Set ipsorum causas audire prosequi terminare et finire prout ab assisiis Terami est constitutum. Et qui contrafecerit incidat in penam vice qualibet centum soldorum universitati Terami applicandorum. Et sententie exinde secute nullius sint roboris vel momenti. Et de predictis stetur et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste ydoneo de qua idoneitate stetur in

arbitrio sindicatorum Judicis. et notariorum predictorum. Nec etiam possint dicti Judex et notarius pretextu alicuius iuris vel adumenti coloris petere eis vel etiam Capitaneo dari per victam Universitatem lectos vel aliquid augumentum salarii fieri vel quidvis aliud eis impendi aut provisionem concedi. Et si Judex vel notarius peteret proponeret vel aptemptaret contra predicta in consilio vel in parlamento ultra vinculum prestiti iuramenti teneatur solvere regie curie libras quinquaginta et universitati Terami libras vigintiquinque. Et arengator solvat regie curie libras viginti et Universitati Terami libras decem et denunciator percipiat de dictis penis tertiam partem. Et Judex et eius notarii sui presentiam faciant unicuique petenti in ministrando iustitiam secundum quod per assisias et ordinamenta Terami provisum est et in ipsarum defectu secundum constitutiones regni et iura communia. Et tam Judex quam eius notarii et familiares quam etiam notarius capitulorum quando seperatim eligeretur ultra eorum deputatum salarium omnia gratis et sine aliqua mercede faciant et pro primis scripturis et quibuscumque subscriptionibus pecuniam aliquam nullomodo recipiant. Et si quis eorum contrafecerit restituta recepta pecunia ad penam decem librarum universitati Terami vice qualibet teneatur. Salarius vero ipsi Judici et notario capitulorum quum separatim eligentur solvatur modo infrascripto. Videlicet tertia pars in primo sui regiminis, alia tertia pars in medio tempore, et reliqua tertia pars salarii retineatur per depositarium nec eis assignetur donec suis sindicatoribus finito officio de gestis et administratis finalem rationem reddiderunt et sindicatores ipsi eidem depositario de solvendo dictam reliquam tertiam partem salarii licentiam contulerunt. Et eadem forma servetur in solutione salarii Capitanei et eius curie, videlicet quod tertia pars salarii retineatur nec eis solvatur donec sue sindicationis tempora impleverit cuilibet conquerenti satisfecerit et a suis sindicatoribus licentiam obtinuerit. Et si depositarius Universitatis



Terami contra formam presentis assisie dictam tertiam partem salarii solverit tantundem de suo proprio pene nomine iustitiario regionis [1] vel Capitaneo Terami solvere teneatur et ad eandem penam Universitati Terami per successorem Judicis condempnetur. Et quilibet Judex et eius notarii et familiares qui fuerint ad regimen Civitatis Terami spatio trium dierum post finem sui regiminis ipsis totaliter ab officii administratione amotis et per eos actis resignatis de gestis et administratis ac etiam obmissis in eorum officio coram rationalibus et sindicatoribus suis predictis teneantur reddere plenariam rationem ostendendo clare rationes redditas de pecunia proventa et exacta fiscali vel universitatis. Et teneantur coram dictis rationalibus et sindicatoribus summarie et de plano sine libelli oblatione litis contestatione et aliis solennitatibus respondere unicuique conquerenti de ipsis. Et Judex pro suis familiaribus et offitialibus teneantur in omnibus tam in offitio gestis quam etiam debitis cum quibuscumque contractis. Et nullus audeat ipsos officiales licentiare ante tres dictos dies et rationem per eos redditam. Et si quis contrafecerit solvat iustitiario regionis vel Capitaneo Terami qui pro tempore fuerit nomine regie curie uncias tres et tantundem Universitati Terami et denunctiator habeat de dicta pena unciam unam. Et si dicti sindacatores predictos officiales licentiarent non satisfacto cuilibet conquerenti legitime de eo in quo ipsi officiales debitores apparerent tales sindicatores conquerentibus huiusmodi ad satisfaciendum cogantur per Judicem Terami summarie statim et incontinenti sine libelli oblatione strepitu et figura iudicii et credatur sacramento conquerentis tantum sine alia probatione modo quo conquerens bone sit fame. Item quod Judex et alii officiales eorum officium legaliter et fideliter exerceant per se ipsos non per substitutum et in dicta civitate et eius

[1] Sul giustizierato della regione, cioè dell'Abruzzo ulteriore, abbiamo detto nello *Studio* intorno a questi Statuti, *Parte VII storica*.

districtu continue moram trahant et serviant usque ad finem eorum officii nec possit eis vel ipsorum alicui concedi licentiam in consilio vel parlamento redeundi ad domos eorum et si proponeretur per aliquem de consilio vel parlamento vel aliquis arrengaret eis concedi licentiam tam proponens quam arrengans et consulens Universitati Terami ad penam unius uncie vice qualibet teneatur. Hoc etiam addito et expresso quod sindicatores Judices et notarii capitulorum et suorum sotiorum et familiarium postquam Judex et Notarius eorum libros et acta in consilio reassignaverunt, post quorum reassignationem dicti libri et acta eisdem nullatenus ostendanta ne quid in eis addere vel munire valeant vel mutare veritatis substantiam. Et ut tollatur omnis materia ipsis officialibus delinquendi in posterum inserendo duximus huic assisie quod Judex causalium [1] civitatis Terami et Notarius ipsius Judicis ac etiam notarius Capitulorum qui sunt et pro tempore fuerint a dicte civitatis civibus vel habitatoribus vel etiam comitatensibus pro scriptura compromissorum procurationum interpositione decretorum ostensione quaternorum cassatura actorum subscriptione instrumentorum aut retractione accusationum denunctiationum et inquisitionum et scriptura actorum aliorum cuiuscumque generis pro primis scripturis aliquid in pecunia vel rebus petere recipere erigere vel habere non possint nec debeant quoquomodo sed tantum pro copiis cum eas dare contingerit percipere et habere possint pro carta qualibet soldos duos que carta contineat ab utroque latere lineas triginta duas ad minus videlicet in totum lineas trigintaquatuor et quelibet linea in se contineat dictiones octo ad minus, et si minus contineat vel etiam non sit carta completa pro rata ad rationem predictam. Liceat etiam familiaribus qui ad alterius petitionem pingnora facerent recipere pro quolibet pignore

[1] Avrà qui forse l' amanuense miste le parole abbreviate per dir *causarum civilium.*



denarios quatuor et non ultra. Statuimus insuper et firmamus presenti assisia quod notarius capitulorum predictus non possit vel debeat accusationes ad instantiam alicuius scribere set eas scriptas per notarios civitatis recipiant et eas secundum formam Assisiarum examinent aboleant et tollant nichil propterea habito vel recepto. Item quod dicti officiales non procurent faciant vel promictant sibi gratis portari per cives habitatores vel comitatenses teramanos ligna paleas seu aliqua alia munimenta et e converso ipsi cives habitatores et comitatenses non debeant aliquid contra formam presentis assisie dictis officialibus vel ipsorum alicui aliquid portare solvere concedere vel donare aut procurare vel ordinare eisdem officialibus aliquid portari solvi concedi vel donari. Et si dicti officiales familiares vel aliquis ipsorum aut civis comitatensis vel habitator Terami in premissis contrafecerit vel aliquis eorum fecerit vice qualibet qua contrafecerit penam incidat quinque librarum Camere Universitatis Terami applicandarum. Et officialis teneatur pro familiari. Et in hoc camerarius Civitatis Terami eiusdem sit diligens inquisitor. De quibus omnibus credatur iuramento cuiuscumque referentis cum uno teste idoneo. Item quod Judex et notarius capitulorum dicte Civitatis Terami teneantur tenere inscriptis computa et quaternos computorum et rationum dicte Universitatis fideliter et in spetie omnia residua restantia seu remanentia ad manus depositariorum Camerariorum et Collectorum processorum in quibus ipsi Camerarii et Collectores et depositariis visis eorum rationibus debitores apparerent Universitatis predicte statim visa ratione, videlicet in novis quaternis successorum ipsorum Collectoris Camerarii et depositarii et ad eorum introytus ponere ac etiam infra mensem a die ingressus officii dictorum depositarii collectoris et camerarii per bonam et celerem executionem ipsa residua deveniri facere ad manus dicti depositarii in officio succedentis ita ut omni tempore de eis habeatur ratio et calculus rationis ne Universitatis in aliquo

fraudetur implicationibus rationum ut consuevit pluries evenire. Et in hoc dicti Judex et notarius singulariter et in solidum atque communiter sint solliciti. Et si contrafecerint singulariter et in solidum eorum quilibet incurrat penam vigintiquinque librarum. Et ad ipsos si in predictis negligentes fuerint accusandum quilibet de populo admictatur. Et accusans lucretur quartam partem pene predicte. Et in hoc simili lege concurrant illi de regimine civitatis si a dictis officialibus vel ipsorum altero requisiti fuerint ut predicta fiant sub simili pena.

### *De pena inobendientibus imponenda per Judicem et eius notarios - Rubrica II.*

Ad tuendam Jurisdictionem officialium Terami ne ipsorum mandata habeantur in vilipendium et in contemptum presenti firmamus assisia quod Judex et notarii ac etiam notarius capitulorum quum de per se eligeretur et ipsorum unusquisque de per se possint et possit penas et mulctas imponere tam per se ipsos quam etiam per familiares et baiulos prout negotii qualitas exigit et requirit Universitati Terami applicandas usque in quantitatem decem soldorum et ipsam penam reiterare et ab inobedientibus et contemptoribus suorum mandatorum ipsas mulctas et penas etiam de facto exigere et in ipsis inobedientes et contemptores suorum mandatorum mulctare, et condempnare dum tamen quod pro uno et eodem negotio ipsas mulctas et penas non imponant et impositas non exigant nisi ter singulis diebus ab plus pro quolibet inobediente reservato tamen quod Judex causarum civilium Terami qui est et qui pro tempore erit iuxta exigentiam casuum ad petitionem sex de regimine qui sunt et pro tempore erunt possit imponere penam unius Augustalis semel et pluries et totiens quotiens ab ipsis sex fuerit requisitus cuilibet non obtemperanti mandatis et receptis dicti domini Judicis. . . .
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [1]

[1] Qui nell'originale è una linea di parole interamente cancellate.



Camerario Terami assignandas de facto exigere a quolibet contrafaciente sine aliqua sententia condempnatione sive processu etiam nullo in his iudiciario ordine servato. Et presentem assisiam volumus perpetuo inviolabiliter observari.

### *De electione Notarii capitulorum et eius officio. Rubrica III.*

Assisiam facimus quod precepta et mandata ac etiam processus facti per notarium capitulorum [1] de guastinis que spectant ad eius officium et etiam in extraordinariis valeant et teneant pleno iuri non obstante si in hiis iudicis presentia non fuerit. Et possit ipse notarius ex suo mero officio procedere cum Judice vel sine Judice in omnibus de quibus assisie loquuntur. Et quod Judex de processibus et supra processibus factis per ipsum notarium in premissis et circa premissa sententiare et ferre sententiam possit proinde ac si coram eo facti essent ipsi processi non obstante quod coram eo facti non essent et sententie ipse debite executioni mandentur exceptione de premissis deficientie alicuius rationis vel solennitatis non obstante. Et quod notarius ipse nemini comictat suum officium set per se ipsum exerceat. Et admictat omnes exceptiones et defensiones productas infra terminum competentem et de iure competentes a quibus producentibus contra quos per eum proceditur prout negotii qualitas exigit et requirit. Et scribat quaternum introytus et exitus universitatis in quo ponatur tricesim et alie pecunie undecumque provenientes et exitus faciendi per camerarium ad cautelam universitatis. Et notarius actorum scribat alium quaternum consimilem ad cautelam camerarii, ita tamen quod semper ipsi scribant illos exitus qui constiterunt liquide esse factos per camerarium pro impensis necessariis Universitatis Terami et ex deliberatione colloquii

[1] Il Notaio de' Capitoli era quello che più tardi si chiamò *Mastrodatti* e quindi *Cancelliere*. V. *Parte I organica, Ufficiali* nel nostro *Studio* su questi Statuti.

aut consilii et de mandato Judicis et sex de regimine qui per tempora fuerint. Et si quis predictorum notariorum contrafecerit solvat Universitati Terami usualis monete soldos centum. Quos yntroytus et exitus Judex et notarius legi faciant in consilio singulis duobus mensibus quando condempnationes fiunt et absolutiones ad penam predictam quod si non fient expense camerario tempore sue rationis non admictantur. Item statuimus et ordinamus quod notarii capitulorum una cum Camerario Terami quando Iustitiarius regionis veniret Teramum curet et faciat quod habeat lectos ligna paleas herbam fenum ordeum et alia sibi necessaria ad hoc ut Iustitiarius ipse benevolus et gratiosus sit hominibus Terami in omnibus eorum agendis. Et lectos ab hospitatoribus recipiat et sibi dari faciat qui pro eorum mercede recipiant denarios quatuor pro quolibet lecto completo et nocte qualibet. Et nulli alii superstites ad id eligantur, set solum notarius capitulorum et Camerarius predicta curent et faciant pena eorum prestiti iuramenti. Quod demum tunc locum habeat quum Civitas sub Iustitiario non sub Capitaneo regitur. Item quod dicti notarii capitulorum qui pro tempore erunt non debeant aliquid recipere a civibus vel aliis contribuentibus in salariis eorum in pecunia vel bonis pro abolitionibus accusationum Inquisitionum denunctiationum scripturis procurationum compromissorum laudorum exibitionibus exceptionum articulorum et quarumlibet scripturarum [1] . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

et eius offitio. Et in fine sui officii dimictat in Camera Universitatis unam balistam et unam centam [2] valoris ad minus unius ducati auri cum dimidio.

[1] Seguono qui nell' originale quattro linee di parole interamente cancellate.

[2] A questa voce il Du Cange pone l' interpretazione italiana *Cinta* che qui ben calza.



*De iuratis, vialibus, portanariis et pontoneriis eligendis et eorum officiis - Rubrica IV.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex qui pro tempore fuerit in Teramo teneatur suo vinculo iuramenti infra octo dies a die ingressus sui officii una cum sex de regimine eligere et eligi facere infrascriptos offitiales, videlicet duos viales [1] qui habeant cum notario capitulorum sepe sepius circuire civitatem et videre plateas lateratas et non lateratas et ubicunque ipsas deactatas [2] invenirent facere reparari per illos qui habent domos iuxta ipsas plateas et alia necessaria platearum fontium murorum portarum et fossorum Universitatis, et octo viales, videlicet duos ad videndum et procurandum vias omnes que sunt versus Montorium [3] supra Teramum et Moreconum, duos alios ad videndum et procurandum omnes vias versus Scaprianum Monticellum et Nepozianum, duos alios ad videndum et procurandum vias omnes que sunt versus Soirazanum usque ad pagese Sardenarie, et reliquos duos ad procurandum omnes vias que sunt versus Grezanum et Avisianum. Et si plures Viales vellent homines de quibuslibet castris et villis Terami et etiam de ipso corpore civitatis teneatur ipse Judex una cum dictis sex de regimine ipsos eligi facere per adiacentes viis per eos procurandis et reparandis ad requisitionem ipsorum adiacentium vel partis eorum usque ad numerum decem hominum. Et similiter teneatur ipse Judex etiam sine presentia et conscientia dictorum sex de regimine eligere iuratos intus in Teramo et etiam extra in quolibet pagese qui habeant notario capitulorum bis in mense ea que vide-

[1] Su questi magistrati municipali vedi la nota apposta alla Rubrica XXIX di questo stesso libro primo.

[2] Nel Du Cange non è questo verbo; ma qui evidentemente sta per guastare. rovinare e tale voce dev' esser dialettale, sebbene ora essa non più odasi nel nostro popolo, che però usa ancora *riattare* per *restaurare*.

[3] Di questi paesi teniamo discorso nel nostro *Studio* sui presenti Statuti, *Parte XI topografica*.

rint commicti vel obmicti contra formam assisiarum Civitatis Terami. Teneantur insuper eligere pontanerios pro custodia pontium Trotini et Vitiole.[1] Ad referendum eos qui lapides auferent ex ipsis pontibus vel quodlibet deguastarent ipsos pontes vel ipsorum aliquem. Ac etiam teneatur eligere unum iuratum pro quolibet fonte ad referendum turpitudinem facientes quoratorum[2] relationibus credatur. Preterea dictus Judex una cum dictis de Regimine eligere[3] infrascriptos homines, videlicet: Quatuor homines in terranova.[4] Sex homines in terra veteri. Quatuor in terra de foris sancti Francisci. Septem homines ex parte Trotini et septem ex parte Vitiole qui habeant vocare homines in eorum contrata et vadant ad assotiandum funus quum quis moritur.

### *De immunitate Hospitalis Sancti Antonii - Rubrica V.*

Assisiam facimus et confirmamus quod omnes et singuli Judices et Rectores qui nunc sunt et per tempora erunt in Civitate Terami et religione eorum prestiti et prestandi iuramenti teneantur et debeant defendere et tueri hospitale Sancti Antonii[5] de Teramo, et eidem favere favoribus et presidiis oportunis ad petitionem cuiuscumque providi et discreti viri hospitalarii hospitalis predicti et omnium successorum in hospitali prefato. Itaque ipsum hospitale favorabiliter tueatur manuteneatur et augeatur in posterum, ut exinde sit laus

[1] Trattiamo de' ponti nella *Parte X edilizia* del nostro *Studio* su questi Statuti, e a quel luogo, per non andar qui troppo per le lunghe, richiamiamo il lettore.

[2] Deve qui certo leggersi *quorum*. [3] Manca qui *faciat*.

[4] *Terranova* dicevasi quella parte della città che è al di là della piazza superiore, e tal nome avea, perchè era appunto la parte nuova della città riedificata dal vescovo Guido II nel secolo XII dopo il funesto incendio appiccatole dal conte di Loretello, ribelle ai suoi congiunti Re normanni. Vedi il resto che su ciò diciamo nella *Parte X edilizia* del nostro *Studio*.

[5] Dell' Ospedale di S. Antonio Abbate in Teramo, della sua origine e dei suoi privilegi abbiamo già discorso nella *Parte III amministrativa* dello *Studio* su questi Statuti.



omnipotenti deo et beato Antonio gloriosissimo confessori, sub cuius nomine et honore fundatum est hospitale predictum. Et si in predictis Judices et Rectores negligentes fuerint et remissi prodant de suo salario vigintiquinque libras inremissibiliter applicandas regie curie et credatur de predictis dicto hospitalarii et successorum eius. Et quod etiam Sex de Regimine qui nunc sunt et per tempora fuerint teneantur sub religione iuramenti prestiti et prestandi per eos esse fautores et defensores et protectores hospitalis eiusdem et prestare dictis Judicibus et rectoribus opem auxilium consilium et favorem, ut valeat dicta assisia inviolabiliter observari.

### *De prestando per cives fideiussoriam cautionem in manibus Judicis pro statu pacifico et ad honorem dei - Rubrica VI.*

Ad honorem et gloriam omnipotentis dei et beate Marie Virginis quorum auxilio vivimus et innovemur. Ad statum et exaltationem Illustris Principis et Excelsi domini domini *Alfonsi dei gratia Aragonum, Sicilie citra et ultra Farum, Valentie, Yerusalem, Hungarie, Maioricarum*[1] *et Corsice Incliti Regis, Comite Barchyone etc.*[2] Civitatis Terami gubernatoris et domini domini nostri Regis Alfonsi. Et statum pacificum et tranquillum Universitatis et hominum et personarum Civitatis eiusdem assisiam facimus quod Judex Terami qui est et pro tempore fuerit coram se vocari facere possit quemcumque vel quoscumque homines de Civitate predicta vel eius districtu secundum quod sibi videbitur et ab eo vel ab eis petere quod solemni stipulatione promictant et sponte se obligent sub certa formidabili

[1] L' amanuense tralasciò qui il solito *Sardinie*.

[2] In questo luogo il Muzii (Dial. IV) legge, invece del dominante dell' Aragonese, qui evidentemente interpolato, una menzione della signoria di Francesco Sforza. Il che sempre più conferma ciò che abbiamo dimostrato sull' epoca di questi Statuti nella *Prefazione* (§ 7) del nostro *Studio* sui medesimi.

pena ex parte prefati Illustris domini Judici vel eius notario nomine prelibati domini stipulanti et recipienti non turbare statum pacificum Civitatis predicte per se vel aliquos de eorum familia seu alios quoscumque universaliter vel particulariter nec movere nec moveri facere nec incipere nec incipi facere Sciarram [1] Rissam Brigam Insultum vel Iniuriam dicto vel facto contra aliquem hominem vel aliquos in Civitate predicta vel eius districtu. Aut etiam conventiculam conspirationem confederationem ligam coniurationem vel tumultum facere vel quoquomodo actentare contra statum predictum et stare parere et obedire alte et basse mandatis dicti Judicis prout ipsi Judici pro qualitate personarum et ipsam penam sollempni stipulatione promictant solvere Camere dicti domini si contrafecerint in predictis vel aliquo predictorum pro quibus observandis idoneos fideiussores prestent quod toto tempore dicti judicis fideliter et integraliter predicta servaverint. Et si quis ipsorum huiusmodi fideiussores dare contemserit Judex predictus cum scribi faciat pro transgressore et turbatore status pacifici Civitatis predicte et fractore concordie unionis et pacis. Et ipsum in magno consilio divulget et nunctiet Capitaneo Civitatis eiusdem. Et nichilominus ipse contempnens et recusans dare fideiussiones predictas vice qualibet qua recusaverit penam incidat centum soldorum camere dicte Universitatis applicandam. Et quo ad predicta exequenda Judex possit penam imponere et ab inobedientibus pro dicta Universitatis Camera exigere etiam de facto semel et pluries et totiens quotiens sibi videbitur expedire pro bono pacis et concordie civium predictorum assisia supra posita de pena inobedientibus imponenda per Judicem, quo ad hec in aliquo non obstante.

[1] *Sciarra* non è nel Du Cange; sarà voce derivata da qualche altra del teramano dialetto. Difatti questo usa ancor oggi la parola *sciarrare* per rompere violentemente le relazioni con qualcuno. La Crusca però registra *Sciarra* per rissa, contesa.



*De inventario faciendo per Judicem et notarium capitulorum - Rubrica VII.*

Assisia hac firmamus perpetuo valitura quod Judices et notarii capitulorum Civitatis Terami presentes et successive futuri teneantur facere et in fine sui regiminis representare et relapsare inventarium de omnibus et singulis actis factis productis et actitatis tempore eorum offitii ac etiam de omnibus et singulis rebus ad eorum et suorum officialium dicto tempore manus proventis de quibus omnibus et singulis faciant unum librum in quo iudex quilibet successive fieri faciat dictum Inventarium. Et si in predictis predicti Judex et notarius per eorum rationales et sindicatores reperti fuerint negligentes solvant Universitati Terami libras decem.

*Quod Introytus et exitus communis ac et condempnationes legantur in consilio generali singulis duobus mensibus - Rubrica VIII.*

Hac confirmamus assisia quod Judex quilibet Civitatis Terami sub religione sui prestiti iuramenti teneatur et debeat in fine quorumlibet duorum mensium legi facere in consilio dicte Universitatis omnes expensas et introytus ipsius Universitatis pena ipsi Judici centum soldorum vice qualibet qua negligens fuerit in predictis. Et ad similem penam teneatur quilibet camerarius Terami si idem non fecerit tempore rationis sui officii et rationatores ipsius Camerarii admictere non debeant nec possit expensas factas per ipsum Camerarium si predicta non servaverit. Insuper dictus iudex condempnationes et absolutiones faciat in eodem consilio temporibus supradictis sub religione a se prestiti iuramenti et pena predicta. Reservato tamen quod ubi cuncta legitima suaderet iudex sive notarius capitulorum possit in continenti executionem facere contra illum qui se de obiectis contra ipsum non legitime excu-

saverit vel in fragranti et evidenti crimine repertus fuerit sive inobediens officialibus de quibus omnibus possit unusquisque per dictum iudicem et notarium sine dilatione puniri et pena Camerario assignari et per (?) modum eius condempnatio in consilio legi ut supra dictum est.

*Quod Judex quilibet procuret construi facere domos ab illis qui non habent, et duas plateas in Teramo matonari - Rubrica IX.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex Terami qui pro tempore fuerit sub religione a se prestiti iuramenti teneatur et debeat infra octo dies a die ingressus sui offitii computandos congregari facere consilium generale dicte Civitatis in quo proponat per ipsum consilium provideri de eligendo sex homines de Villis Terami domos non habentes in Teramo quos supraelectos dictus Judex compellat modis omnibus quibus potest ad ipsas domos secundum eorum facultates faciendum et edificandum in Teramo et similiter provideri faciat in ipso consilio de dictis duabus plateis quas quilibet Judex suo tempore matunari faciat et matunatas manuteneri. Et qui infra terminum a Judice prefigendo confecerit in predictis in non faciendo domum incidat in penam centum soldorum. Et qui contrafecerit in non matonando ante domum suam penam incidat viginti soldorum. Huic etiam assisie duximus inserendum quod iudex et notarius capitulorum Civitatis Terami qui pro tempore fuerint ordinent et fieri faciant turrictam unam in fortificatione murorum dicte Civitatis bonis muris calce lateribus et lapidibus fabricatam ubi utilius et magis necessarium videbitur consilio hominum dicte Civitatis fortificatam verdisca [1] et aliis necessariis hoc adiecto

[1] Il Du Cange ha *Verdesca, verdesque, specula*; inoltre *Bertesca; Species podii ab antiquo Gallico Bretesche quod primum significat castella lignea, quibus oppida munibantur.* Dunque la torretta (*turrictam*), di cui qui si parla, dovea esser munita di bertesca per velettare il nemico.



quod si de loco ubi fieri debent dicta turricta consilium non se concordaret Judex faciat vocari capusisteria [1] dicte Civitatis et cum capusisterio scarfina [2] obvenerit in ipso Sisterio Turricta fieri debeat ubi melius videbitur ipsi capusisterio et Judici qui pro tempore fuerit, dummodo quod facta in ipso Sisterio quolibet Civitatis predicte que postquam complete fuerint incipiantur demum alie de novo fieri sequendo dictum ordinem. Et si dicti Judex et notarius predicta recusaverint teneantur nomine pene solvere Camerario Terami, videlicet Judex libras decem, notarius libras quinque de eorum salario.

*Quod Judex procuret scribi facere assisias in duobus libris - Rubrica X.*

Assisiam facimus quod quilibet iudex qui pro tempore fuerit procuret quod asisie scripte sint in duobus libris quorum unus deponatur apud maiorem ecclesiam in archivo communis [3] et alter sit in curia Judicis ad exibendum quibuscumque videre volentibus ut cum aliqua suspitio exoriretur de corruptione alicuius assisie recurratur ad librum assisiarum in archivio reconditum ne qua falsitas commictatur in eis.

*Quod Judex teneatur quum opus fuerit personaliter ire ad videndum questiones confinium et alias controversias - Rubrica XI.*

Ad tollendam materiam scandalorum que ut plurimum ex controversiis oriuntur hac confirmamus as-

[1] Cioè i capisestieri, a' quali, come di qui si scorge, era affidata la custodia delle mura e delle torri della città nel rispettivo sestiere.

[2] Vedi per questo vocabolo la nota alla Rubrica XXXII del libro I.

[3] Fin da quel tempo (secolo XV) esisteva un Archivio comunale in Teramo. E questo passo ci mostra ch' esso serbavasi nella Chiesa maggiore ossia Cattedrale, siccome l'altro della Rubrica XXIII ci determina meglio il luogo della conservazione, dicendo ch' esso era la sagrestia. Le Chiese, in que' tempi di fazioni, ma pur di fede, erano gli asili più sicuri dai saccheggi e dagli incendii, certo non radi allora.

sisia quod quotiescumque aliqua questio et contraversia oriretur inter aliquos et quoscumque de Teramo et districtu pro mutatione et extractione confinium Judex teneatur cogere partes inter quas ipsa questio seu controversia esset orta ad dandum et ponendum unum vel duos convicinos vel alios huius rei conscios pro qualibet partium predictarum qui duo vel quatuor convicini vel alii conscii teneantur iurare dictam questionem et contraversiam terminare bona fide et confines remictere in questione itaque ipsa questio sit decisa et terminata. Et ipsi tales sic positi super his habito colloquio et informatione si opus fuerit vicinorum dictam questionem terminent et finiant summarie et de plano sine strepitu et figura Judiciorum diebus feriatis vel non feriatis quamcumque (?) et quodcumque eis videbitur et placebit, quorum terminationi et declarationi ac etiam decisioni dicte partes acquiescant et ratam gratam et firmam dictam terminationem declarationem et decisionem habere tenere actendere et observare teneantur et debeant. Et si qua vel si quis ipsarum partium contrafecerit ultra penam extractionis confinium solvat pro quolibet et vice qualibet qua contrafecerit in predictis Universitati Terami soldos centum. Et si quis dictorum vicinorum vel aliorum ad predicta positorum ad exequendum terminandum et decidendum predicta negligens fuerit pro qualibet die qua non fuerit super terminatione predicta ultra penam precepti eis facti per Judicem solvat penam duorum soldorum. Et si in huiusmodi questionibus seu contraversiis et aliis quibuscumque Judicis presentia necessaria fuerit teneatur sine salario ad locum accedere et informatione habita a dictis convicinis dictam questionem seu contraversiam ut melius sibi videbitur terminet et decidat sub pena per eum prestiti iuramenti.



### *De procedendo summarie per Judicem ad petitionem forensium contra cives et e converso in civilibus causis modice quantitatis - Rubrica XII.*

Assisiam facimus quod Judex omni tempore feriato forensibus venientibus Teramum Jus et Justitiam summariam et expeditam absque libello strepitu et figura Judicii favorabiliter faciat a media uncia [1] infra tantum tam inter se ipsos quam etiam contra homines Terami et districtus et e converso. Sed si questio esset gravis et magni preiudicii que requireret altiorem indaginem tunc agatur via ordinaria et in forma iuris. Et quod Judex ad petitionem cuiuslibet tam de Teramo quam aliunde debentis aliquid recipere a forense non possidente in Teramo bona stabilia pro debito contracto in Teramo vel alibi sequestrari recommendari et retineri faciat de bonis ipsius forensis. Hoc tamen adiecto quod dicta sequestratio arrestatio sive detentio sine licentia Judicis fieri non possit. Et si quis vel si qua retentionem aliquam sequestrationem vel arrestationem per se vel per aliam personam sine licentia iudicis fecerit vel fieri fecerit solvat penam vice qualibet decem soldorum. Et eandem penam solvat baiulus, ac etiam Tubator qui contrafecerit in predictis faciendo ad petitionem alicuius vel aliter dictum sequestrum sive recommenditia sine licentia Judicis.

### *De summarie procedendo in civilibus causis modice quantitatis - Rubrica XIII.*

Assisiam facimus quod Judex Terami in questionibus et causis modice quantitatis videlicet medie uncie et abinde possit et debeat ad cuiuscumque petitionem procedere summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii libelli sine petitionis oblatione litis contestatione

[1] Dell'*oncia* e delle altre monete nominate in questo Codice si è tenuto discorso nel nostro *Studio* sui presenti Statuti alla *Parte VI economica, Monete.*

et qualibet alia iuris sollempnitate ommissa ut parcatur laboribus et expensis partium. Et processus sic habitus et factus per iudicem valeat et teneat pleno iure cum scriptura vel sine et terminatio super huiusmodi questionibus et causis facta per Judicem debite executa (?) commandetur non obstante quod in his iuris solemnitas servata non fuerit. Hoc in predictis reservato quod si pars contra quam procederetur diceret se gravatam et se exgravari peteret consilio sapientis quod tunc et eo casu fiat punctus communis qui mictatur per Judicem pro consilio sapientis expensis perdentis. Et observetur prout in predictis per sapientem consilium extiterit.

### *Quod Judex et Notarius capitulorum possint ex officio procedere in criminalibus causis - Rubrica XIV.*

Assisiam facimus quod Judex et Notarius capitulorum ad denunctiationem vel sine possint simul et separatim ex officio procedere contra omnes et singulos de Teramo et districtu et alios qui ibidem ratione domicilii vel delicti de ipso foro efficerentur qui commicterent aliquid contra formam assisiarum Terami et processus in his habendus valeat pleno iure non obstante si solemnitas iudiciarii ordinis in his servata non fuerit, dummodo quod citati fuerint ad se excusandum et in eorum defensionibus et iuribus audiantur et condemnandi per sententiam condempnetur si se legitime excusare et defendere non potuerint. Insuper quod Judex et notarius capitulorum qui pro tempore fuerint ad regimen Civitatis ad petitionem partis habentis facere in curia teneatur et debeat dare copiam actorum etiam ante excusationem factam seu quamcumque cuiuscumque scripture de quacumque causa et re cuilibet notario civitatis Terami ipsam petenti. Et si dicti Judex et Notarius contrafecerint in predictis teneantur ad penam librarum decem eis de eorum salario retinendam et vinculo per eos prestiti iuramenti.



### *Quod possint condempnare de similibus ad similia - Rubrica XV.*

Ut quia plura sunt negotia que vocabula nec possunt omnia singulariter sub legibus commode comprehendi, statuimus quod Judex et notarius capitulorum simul et separatim de similibus ad similia procedere possint et debeant in omnibus et singulis criminibus et delictis in quibus per assisias pena spetialiter determinata non esset et ita procedendo condempnare quoscumque commictentes aliqua crimina vel delicta.

### *De conservando indempnes Judicem et Notarium capitulorum - Rubrica XVI.*

Assisia hac perpetuo inviolabiliter observanda decernimus quod Judex et Notarius Terami qui pro tempore fuerint et ipsorum familiares et omnes qui pro statu Universitatis Terami et iustitia conservanda eis assisterent, conserventur indempnes si dampnum aliquid paterentur occasione officii bene gesti per eos. Et illi qui eis assisterent et ad curiam aliquam propterea vocarentur ad petitionem aliquorum vel ex mero officio curie viventur expensis Universitatis et omni modo et via prorsus conserventur indempnes.

### *De officio iudicis appellationum - Rubrica XVII.*

Ut quibuscumque gratiatis possit per appellationis remedium subveniri hac municipali lege in perpetuum valitura statuimus et firmamus quod a sententia condempnationis lata per Judicem Terami super quacumque causa possit quilibet gravatum se sentiens appellare et recurrere ad dominum episcopum [1] aprutinum sive

[1] Della giurisdizione spirituale e temporale dei vescovi di Teramo sulla loro città si è detto nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte II giuridica*, § 4, *Giurisdizione vescovile.*

ad capitulum sede vacante et ad quemlibet alium competentem ut appellans voluerit. Et predictus dominus episcopus vel capitulum sede vacante seu Judex ab episcopo vel capitulo ordinatus cognoscat de meritis cause ad ipsos per appellationis remedium devolute forma assisiarum et Juris per ipsos in cognitione cause observata et partibus convocatis, videlicet Sindico [1] universitatis ad hoc constituto et appellatum nec non Judicem Terami in his personaliter existentem et assistentem qua suam sententiam vel sui precessoris in officio legitime defendat. Et ipsam appelationis causam prefatus dominus episcopus vel capitulum sede vacante diffiniat terminet et decidat infra quinquaginta dies continuos a die late sententie numerandos quod si non fecerit et appellans in prosequendo infra dictum terminum negligens fuerit dicta appellatio pro deserta habeatur et contra ipsum appellantem ad executionem sententie per Judicem Terami procedatur ac si ab ipsa sententia appellatum non esset, quod tantum intelligatur de condempnationibus que tangerent universitatem. Et si Judex Terami sententiam suam vel sui precessoris legitimis defensionibus non defenderit dampnum Universitati inde proveniens de suo proprio reficere teneatur. Item in causis non ordinariis privatorum hominum in appellationum cognitione serventur iura communia. Et semper victus victori in expensis legitimis condempnetur. Teneatur insuper dictus Judex Terami qui pro tempore fuerit una cum sindico universitatis generali defendere appellationes fiendas pro tempore per eos qui eligerentur ad officium Commestabilie Cameriatus sive aliorum officiorum vel de numero civilium et a nominationibus de eis fiendis ad predicta officia expensis universitatis Terami sicut appellationes a condempnationibus interpositas factis de iniuriis dampnis et guastinis et aliis ut in assisia antiqua continebatur sub pena dicto Judici per eum prestiti iuramenti. Volumus

[1] *Sindicus* dissesi per lungo tempo il rappresentante del Comune.



tamen dictum tempus quinquaginta dierum appellanti non currere cum non stat per eum quod dicta appellationis causa prosequatur et firmatur.

*De electione Camerarii et eius officio - Rubrica XVIII.*

Assisiam facimus deinceps perpetuo valituram, quod singulis sex mensibus nova electio camerarii fiat ut eligantur in consilium per scarfinas duo legales homines apti ad dictum officium et ipsi duo vadant ad partitum in dicto officio per bussulas et palluctas.[1] Et ille dictorum duorum electorum sit Camerarius qui in dicto partito plures palluctas obtinuerit. Et habeat pro suo salario mense quolibet soldos viginti, qui Camerarius iuret ipsum officium bene legaliter et fideliter exercere et per se ipsum non per alium substitutum. Et diligenter scribi faciat quaternum Introytus et exitus de pecunia Universitatis ad eius manus perventa per notarium capitulorum ad ipsius camerarii cautelam et universitatis predicte per eum tempore sui ratiocinii producendum. Et unum alium quaternum consimilem ad cautelam ipsius Camerarii ne in scribendo decipi valeat vel modo aliquo circumscribi. Nec non et scribi faciat per notarium capitulorum omnes et singulas condempnationes tempore sui officii faciendas in carta pecudina sigillata sigillo iudicis et notarii capitulorum, quas cedulas notarius capitulorum ad requisitionem camerarii scribere teneantur vinculo prestiti iuramenti. Et tempore raciocinii dicti Camerarii secundum dictos quaternos et cedulas per racionatores sibi ratio requiratur et omni alio modo quo universitatis utilitas melius procurari poterit. Nec expendere valeat idem camerarius de bonis et here dicte Universitatis mandato iudicis sine deliberatione consilii ultra quinque soldos, et si ultra expenderet id absque consilii deliberatione de officio per eum gesto aliter quod per dictos quaternos et

[1] Il Du Cange mette: *Pallocta pro Ballotta; Tessera suffragii, calculus.* Erano le pallottole che s'imbossolavano per le votazioni.

cedulas vellet ponere rationem ad eius dampnum in ipsius introytu computetur et sibi ad exitum nullatenus admictatur. Idem quod ipse Camerarius curet omni sollecitudine et diligentia exigere et recolligere omnes et singulas condempnationes post rationem per eum redditam infra unum mensem ad tardius. Et si infra dictum terminum sua negligentia non recolligeret vel recolligi non faceret, post ad recolligendum ipsas ullatenus admictatur nec etiam admictatur.[1] Et camerarius qui fuerit semel in ipso camerariatus officio ad illud idem officium usque ad duos annos sequentes eligi non possit recipi vel admicti. Et si residua per ipsum camerarium racionatoribus racionabiliter assignarentur, curet Judex quod citius potest illa vendere vel in cabellam [2] dare plus offerenti ut melius poterit, ne universitas in dampno remaneat.

*De trigesima esigenda per camerarium et pena non venientis ad iudicium et pena eius qui se citari passus fuerit pro pusilla quantitate si debitum confitetur - Rubrica XIX.*

Assisiam facimus quod camerarius exigat a litigantibus pro universitate Terami trigesimam de omnibus rebus et pecuniis in iudicio petitis tempore contestationis litis si conventus petita negaret vel tempore contumacie contracte per eum in pronunctiatione pignoris vel tenute, videlicet, denarios octo per libram a qualibet partium litigantium cum lix contestatur cum convento presente per ipsius conventi negationes et denarios sexdecim ab actore in absentia rei in pronunciatione pignoris vel tenute de qualibet quantitate vel valoris rei petite excepto quod si aliquis citaretur ad reluen-

[1] È questa una ripetizione del copista il quale avrà forse voluto scrivere *accipiatur.*

[2] Il Du Cange ha solo *Cabella pro Gabella*, ma qui la frase *in cabellam dare* par voglia significare *dare in appalto*. Di ciò abbiamo parlato più diffusamente nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Tributi.*



dum pignus pretorium vel conventionale tunc et eo casu nulla trigesima exigatur et similiter quum conventus debitum confiteretur. Et si aliquis ex quacumque causa citatus esset ad petitionem alicuius sive pro testimonio ferendo sive pro guastinis et non comparuerit ipse nec aliquis pro eo qui ipsum legitimis excusationibus excusaverit vice qualibet Camerario Terami pro Universitate denarios quatuor solvere teneatur. Et actor qui aliquem citare fecerit et hora iuridica non comparuerit reo comperente teneatur solvere reo vice qualibet soldos duos. Et Judex incontinenti det baiulum reo pro executione dictorum duorum soldorum. Et si alias expensas reus fecerit pro advocato sive pro procuratore ad eas reficiendas ipsi reo nihilominus dictus actor per iudicem compellatur. Et dum sedet ad bancham Camerarius pro recipiendo dictas trigesimas et alias quantitates universitati pervenientes ad dictam bancham habeat quandam brussulam [1] in qua ipsas recondat et post quam iudex ius reddiderit scribi faciat vice qualibet quantitatem in ipsa brussula repertam sub pena centum soldorum. Et si qua pignora camerarius venderet illa semotim [2] vendat et tradat plus offerenti. Et si plus debito ex ipsorum venditione perceperit illud plus domino pignoris reddere teneatur. Et si pignus per solutionem debiti liberatum fuerit requisitus camerarius domino incontinenti restituat quod si non fecerit in soldis decem vice qualibet per iudicem Terami condempnetur. Et si quis ad iudicium alicuius petitionem vocatus fuerit pro quantitate vel re valoris duorum soldorum vel abinde infra et sponte et pure ad id se teneri confessus fuerit in denariis duodecim vice qualibet camerario Terami teneatur quos ipse camerarius ab eodem confitente exigi faciat et procuret.

[1] *Brussula* non trovasi nel Du Cange; ma qui potrebbe esser posta tal voce invece di *bussula* più volte usata nella precedente rubrica e significare una specie di bossolo ove serbavansi le qui menzionate somme.

[2] *Semotim* val quanto, secondo il Du Dange, *seorsim, separatim*. È però tal voce adoperata da Teodoro Prisciano, scrittore del IV secolo.

*De parte condempnationum solvenda domino Episcopo et aliis - Rubrica XX.*

Assisiam facimus quod Camerarius Terami teneatur et solvere episcopo medietatem condempnationum et trigesimarum ad suas manus perventarum deductis de dictis condempnationibus et trigesimis expensis factis et faciendis in emptione cartarum pro actis cedulis condempnationum et quaternorum Camerarii et universitatis et atramenti seu tincte. Aliis vero nobilibus et dominis vassallorum [1] condempnatorum de quorum vassallagio Judex informationem recipiat Camerarius medietatem condempnationum deducta decima parte pro cartis et scripturis solvere teneatur usque ad quindecim dies post condempnationem et requisitionem ipsorum si dampnum datum fuerit vel commissum in territorio sive dominio ipsorum nobilium.

*De pena offitialium qui aliquid iniuste exigerent vel bona universitatis pro eorum retinerent debito - Rubrica XXI.*

Assisiam facimus quod nullus officialis Camerarius, Comestabulus, Baiulus, Tubator, Depositarius et alius quilibet de Teramo aliquid indebite pretextu sui officii ab aliquo de Teramo exigat nec bona universitatis pro debito suo quod ab universitate Terami debere recipere diceretur retineat. Et si quis contrafecerit restituto eo quod indebite exigerit restitutisque bonis universitatis que pro debito retinuerit in quadruplum valoris rerum indebite exactarum et rerum universitatis per eos retentarum vice qualibet per iudicem Terami condempnetur et nihilominus ad omne aliud dampnum quod occasione detentionis predicte Universitas incurreret vel incurrere posset.

[1] Dei diritti e de' privilegi de' nobili nel territorio teramano abbiamo discorso nello *Studio* su questi Statuti, *Parte II giuridica*, § 3. *Giurisdizione de' nobili.*



*De mandatis factis per Judicem supra debitis quarumcumque quantitatum pecuniarum quanto tempore perdurent - Rubrica XXII.*

Assisiam facimus quod mandata facta de debitis quarumcumque quantitatum pecuniarum per Judicem Terami vel aliquem eius locumtenentem redacta apud acta curie dicte civitatis actitata ad petitionem alicuius contra aliquam personam valeant ad notationem illorum quorum facta fuerint ipsa mandata, pleno iure usque ad tres annos a die facti mandati in antea computando ut ab inde in antea dicta mandata pro cassatis annullatis irritis et vacatis habeantur et nullius sint iuris efficacie vel momenti. Et quod creditor ad requisitionem debitoris accedere teneatur ad notarium actorum et curare quod scribatur solutio in actis iuxta mandatum aliter debitorum solvere minime teneatur.

*De electione Sex proborum virorum prefuturorum Regimini Civitatis et eorum offitio - Rubrica XXIII.*

Ut negotia et agenda Universitatis Terami rite procedant et eidem incumbentia et occurrentia recte disposita accuratius et diligentius exequantur et ad conservationem quietis pacis et concordie civitatis eiusdem omnia terminentur sedatis angustiis presenti statuimus et firmamus assisia de cetero inviolabiliter observanda. Quod finito tempore duorum annorum cum dimidio incepto in kalendis Septembris anni Domini Millesimo Quatricentesimo tricesimo octavo [1] pro quo fuerunt imbussulati et de novo facta bussula sex proborum virorum prefuturorum Regimini dicte civitatis, quo tempore Civitas Terami cepit regi et gubernari sub domino . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . [2]

[1] Su questo millesimo e su quanto ciò importa per assicurare la vera data degli Statuti teramani, vedi quel che abbiamo scritto nello *Studio* su questi e propriamente nella *Prefazione*, § 7.

[2] Qui nell' originale evvi una linea fortemente cassata e in modo

et per aliquos dies antequam dictum tempus labatur et sic in futurum successive pro tempore prosequendo cum pervenitur ad finem imbussulatorum de novo imbussulentur ibi (?) sex pro duobus annis et pro maiori vel minori tempore prout fuerit in conciliis ordinatum hoc modo, videlicet, quod pro consiliis dicte civitatis eligantur et deputentur duodecim probi et integri viri et de numero consiliariorum civitatis predicte, videlicet, duo de quolibet sisterio, qui duodecim homines sic electi pro dicto tempore imbussulare debeant dictos sex in quorum imbussulatione hunc modum observent, videlicet, quod in quodam loco remoto et secreto se recipiant ipsi duodecim in quo . . . . . . . . communi concordia. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . teramanis quos . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . et ad ipsum regimen . . . . .[1] describant prius in foliis post sic descriptos et per sisteria divisos et bene coequatos describant in cartutiis sive brevibus, videlicet in quolibet brevi sex, videlicet unum de sisterio quolibet et facta tali partitione et brevibus de toto numero hominum sic descripto et electo per diligentem inquisitionem et scrutineum ipsa brevia, videlicet unumquodque per se plicatum detrudant involuppent et reserent in cera viridi quam reducant ad instar pallucte rotunde, que omnes et singule pallucte continentes unaquaque de per se nomina sex prefuturorum ad Regimen civitatis reserentur et reserate sub sigillo consistantur in una bussula, que bussula conservetur in cassecta reclausa in Archivo Communis existente in sacristia maioris ecclesie,[2] ne circa predicta fraus aliqua committi valeat. Et ex ipsa presenti imbussulatione de dictis sex ut dictum est iam facta et aliis ordinandis in po-

che non se ne può scoprire l'antico contenuto; ma certamente eravi, come nelle altre parti mal cancellate, un'allusione al dominio dello Sforza, siccome abbiamo provato altrove. *Studio sugli Statuti ec., Prefaz.*, § 7.

[1] V. nota antecedente.

[2] V. sull'Archivio comunale la nostra nota alla precedente Rubrica X di questo stesso libro.



sterum, modus extractionis dictorum descriptorum et imbussulatorum ad regimen sit talis, videlicet quod ad finem cuiuslibet officii dictorum sex de regimine dicta cassecta in qua reclausa est dicta bussula a loco dicte sacristie associata per officiales civilium et tunc presidentes dicto regimini apportetur publice palam et sono tube . . . . . . . . . in sala palatii civilium more solito congregato et in conspectu consiliariorum ibidem considentium inde dicta bussula extrahatur et desigilletur et aperiatur per notarium reformationum dicte civitatis et ex ea aperta per quendam puerum extrahatur sorte et fortuna una de dictis palluctis in qua reperti in brevi interclusi sex predicti presint ad regimen civitatis proxime subsequentibus duobus mensibus, quorum nomina extractorum palam publice et alta voce per Judicem vel notarium legantur et declarentur in dicto consilio. Et si quis forsitan ex ipsis extractis absens vel aliqua iusta et rationabili causa impeditus sive mortuus fuerit adeo quod dictum officium interesse nequeat provideatur per dictum consilium priusquam de dicta sala recedat de alto substituendo. . . . . . in loco dicti talis absentis impediti vel mortui facultatis (?) eiusdem vel fiant in primordio (?) aliqui superati et de per se brevia singula singula descriptorum nomina continentia imbussulentur qui loco dictorum deficientium extrahantur et suppleantur pro ut per tempora melius regentibus convenire videbitur. Qui quidem sex extrahendi et deputandi ad regimen ut supra prefertur in primordium eorum officii iurent et iurare teneantur et debeant in manibus iudicis et iurando promictere eorum officium bene legaliter diligenter fideliter ac sollicite dictis duobus mensibus exercere et facere et contenta infrascriptis capitulis integraliter observare et adimplere odio amore timore prece pretio et qualibet alia humana gratia remotis ab eis. Ad honorem et laudem et reverentiam omnipotentis dei et beatissime virginis gloriose marie eius matris beatissimorum apostolorum petri et pauli et aliorum apostolorum nec non beatissimi con-

fessoris Sancti Berardi Episcopi protectoris ac defensoris ejusdem civitatis et hominum. Et omnium aliorum sanctorum et sanctarum dei. Ad conservationem et exaltationem status pacifici. . . . . . . . . . . . . principis Francisci Sfortie vicecomitis etc.[1] ac etiam civitatis predicte etc, prout melius recipientis tale iuramentum discretio suadebit sub vinculo prestiti iuramenti per eos et penis particulariter inferius annotatis. In primis quod ipsi sex de Regimine qui pro tempore erunt omnimodo via suctilitate et ingenio quibus melius et magis potuerint curent perquirant investigent et protestentur quod omnes et singuli officiales Terami tam ad civilia quam etiam ad criminalia deputati et deputandi presentes et successive futuri iura constitutiones reformationes et capitula Regni et Assisiarum Universitatis actendant adimpleant et observent bona fide et sine fraude ne vigore eorum officii sive exercitii aliquem vel aliquos indebite contra et iustitiam vexent fastigent inquietent vel molestent. Et quod ipsi offitiales civilium iura et statuta ac etiam ordinamenta ipsius Civitatis edita et edenda confirmata et confirmanda per dominum Episcopum Aprutinum [2] qui pro tempore fuerit curent integraliter observare. Quod si forsan dicti officiales defecerint vel alter eorum defecerit in predictis, ipsi sex de Regimine teneantur et debeant sive causa sit Universitatis sive spetialium personarum statim quod ad ipsorum notitiam deduceretur personaliter se conferre ad presentiam dictorum offitialium vel alterius eorum sic deficientis et intercedere et curare quod desistant ab oppressionibus iniustitiis et non

[1] Qui poi, benchè cancellate, si scorgono chiaramente trasparire le parole allusive al dominio sforzesco in Teramo, il che conferma mirabilmente ciò che dicemmo sull' epoca degli Statuti nello *Studio* su questi, *Prefaz.*, § 7.

[2] Si sa che il vescovo di Teramo godeva i diritti feudali sulla sua città e gli esercitò fino agli estremi tempi del feudalismo, quando eleggeva i giudici cosiddetti delle *seconde*. Questa parte dei teramani statuti ci dimostra che il vescovo confermava le leggi municipali. V. pure ciò che scrivemmo altrove su di ciò, *Studio* ec., *Parte II giuridica*, § 4, *Giurisdiz. vescov.*



observantiis premissorum vel alterius predictorum quod si forte ipsi vel alter ipsorum offitialium id facere neglexerit sive recusaverit ipsi sex festinent adhibere in predictis necessaria et oportuna remedia. Et si eis pro assecutione predictorum videretur expediens convocare consilium vel adire unum locumtenentem vel etiam id notificare prefato Illustri domino [1] supra huiusmodi rebus potestatem habenti et habentem pro relevatione oppressorum et punitione opprimentium et releventur oppressi et opprimentes plectantur pena condigna. Et quod singuli Sex qui pro tempore fuerint possint in et pro predictis expendere de bonis et ere Universitatis pro nunciis et aliis necessariis usque in quantitatem duarum unciarum [2] absque aliqua deliberatione parlamenti vel consilii toto tempore eorum officii. Et si forte casuum exigentia maiorem summam expensarum requireret possint secundum deliberationem et ordinationem parlamenti propterea per ipsos sex et eorum deliberationem coadunandi et congregandi expendere facere et exercere prout per ipsum parlamentum sic fiendum provisum fuerit et ordinatum. Item quod in omnibus et singulis causis que in dicta civitate de novo occurrerent vel emergerent in et supra quibus per antiquas assisias ordinationes et reformationes civitatis ipsius non foret dispositum vel provisum predicti sex qui pro tempore erunt eandem potestatem et auctoritatem habeant quam habet et habere posset Universitas et parlamentum ipsius, dummodo quod non possint expendere toto tempore eorum officii ultra duas uncias nec possint armatam facere [3] vel spetiales personas ledere nec gravare

[1] Qui il solito cancellatore, o perchè gli sfuggì, o perchè vi si tace il nome dello Sforza, lasciò intatta quest' allusione al medesimo.

[2] Sul valore dell' *oncia* dicemmo già nello *Studio* sui presenti Statuti, *Parte VI economica*, *Monete*.

[3] Sebbene nel Du Cange tal vocabolo abbia il significato di armata navale, pur vi si cita una *Charta Rogerii Regis Siciliæ pro Messanensibus apud Bonfilium Constantium* ove si trova questa frase: *Facere teneatur Armatam per mare vel per terram*. In quest' ultimo senso è da intendersi nel presente luogo.

neque graves et ponderosas impresas novas facere nec possint eorum auctoritate se extendere ad casus similes casibus supradictis, in quibus et aliis gravioribus ipsum parlamentum penitus consulendum sit. Exceptis collectis imponendis pro salariis officialium Terami, quas ipsi Sex qui pro tempore erunt possint et valeant imponere et tassare pro ut et sicut per ipsos sex provisum et ordinatum fuerit sine deliberatione aliqua parlamenti Assisia aliqua loquente in contrarium quodlibet non obstante. Item quod ipsi Sex qui pro tempore erunt omni meliori modo quo poterunt provideant et procurent assistendo et protestando quod sindicatores deputandi ad sindicandum officiales civilium eiusdem civitatis sindicent secundum assisias dicte civitatis. Et sindicatores deputandi ad sindicandum officiales criminalium sindicent ipsos secundum formam constitutionum et capitulorum regni supra huiusmodi sindicantibus editorum. Et secundum licteras sacre regie maiestatis ipsi Universitati propterea gratiose concessas. Curent quod remediis iuris oportunis debitis et necessariis ne ante tempus debitum a iure statutum absolvantur et propter vel formam contra iuris constitutionum privilegiorum et licterarum ipsi Universitati concessarum et regni capitula. Quod si sindicator ipse sive sindicatores qui pro tempore fuerint deputandi pro ipsa universitate ad sindicandum officiales civilium contrafecerint in aliquo predictorum teneantur ad penam duarum unciarum de fisco exigendam ab eis et ad refectionem dampnorum et expensarum quas inde lesi substulerant. Si vero sindicatores officialium criminalium defecerint in aliquo premissorum per Judicem causarum civilium et ipsos sex provideatur remediis opportunis etiam per invocationem et recursum superiorum et aliorum supra his potestatem habentium pro ut et sicut erit expediens et opportunum et pro ut ipsis Sex qui tunc erunt videbitur expedire. Item quod si qua Rissa odia vel iurgia scandala vel inimicitias et malivolentias exoriri contigere intra homines et personas dicte civitatis et districtus



descendentes ex maleficiis sive maleficio vel quavis aliqua alia causa ad evitandum ne huiusmodi lites odia iurgia scandala vel inimicitie efficiantur penitus immortales ipsi sex qui pro tempore erunt inspecta forma assisiarum dicte civitatis in premissis editarum partes ad pacem et concordiam reducant cogant et constringant modis viis et remediis opportunis et pro ut et sicut ipsis sex qui pro tempore erunt expediens videbitur et per invocationem curie tam spiritualis quam secularis.[1] Item quod ipsi sex in peragendis et negotiis incumbentibus et occurrentibus eorum officio exequendis et expediendis omnes concordes non essent et quatuor ex eis quando interessent sex vel tres quum essent quinque presentes simul concordarent, illud valeat et teneat ubi concurrunt ipsi quatuor sive tres ut predicitur. Et si contingat quod tres ex ipsis sex concurrant in unam voluntatem et alii tres in aliam contrariam, iudex qui pro tempore erit possit et debeat reddere palluctam et vocem dare in ea parte qua voluerit. Et illud valeat firmetur et teneat quod firmabitur et tenebitur per partes in qua iudex ipse concurret et plenam obtineat roboris firmitatem.

### *De concionibus, consiliis, consiliariorum electione et modo in eis retinendo - Rubrica XXIV.*

Assisiam facimus quod nullum parlamentum fieri possit in Teramo nisi prius provisum et deliberatum fuerit per sex de regimine qui pro tempore essent, quorum provisione et deliberatione cum opus fuerit parlamentum fieri possit et fiat diebus dominicis et diebus sabbati proxime precedentibus publice bapniantur nec possit aliis diebus fieri nisi emergens et necessaria causa aliud suaderet propter quam illud differri non posset in diem dominicum tunc sequen-

[1] Di qui pur si scorge che la curia spirituale ossia il tribunale del vescovo avea giurisdizione sulle cose altresì civili dei Teramani.

tem quo casu etiam aliis diebus ordinari possit et fieri. Et ne homines de Teramo et destrictu pretendere ignorare possint semper dictum parlamentum congregetur et fiat in logia inferiori palatii civilium dicte civitatis.[1] Et congregato ipso parlamento proponatur ordinarie per iudicem quod fuerit necessarium. Et nullus alius de Teramo audeat aliquid de novo proponere in ipso parlamento ultra propositas per Judicem factas, sicut (?) tamen supra ipsis propositis consulere et arenghare, ne scandalum aliquid in dicto parlamento possit oriri. Neque aliquis in ipso parlamento tumultum faciat nec verba ampullosa seu contumeliosa[2] dicat contra aliquem de parlamento predicto et si quis contrafecerit arrengando vel ultra propositas per Judicem factas seu faciendo tumultum vel verba ampullosa sive contumeliosa dicendo, incidat in penam vice qualibet viginti soldorum camere universitatis applicandam sine aliqua diminutione. Et quod in dicto parlamento deliberatum fuerit nullus audeat improbare per plateas. Que tria proxime dicta Judex tempore sue proposite ad instructionem omnium teneatur et debeat in fine suarum propositarum monendo dicere et narrare. Et predicta per iudicem debite executioni mandentur. Et si contra predicta supra narrata fuerit contrafactum. Et dictum parlamentum alibi quod in dicta loggia fieret nullum sortiatur effectum. Et Judex ad penam unius augustalis[3] Universitati Terami vice qualibet condempnetur. Consilia vero triginta sex semper in posterum coadunentur et fiant in sala superiori dicti palatii civilium

---

[1] Da questo passo appare come la loggia che tuttora esiste, sebben restaurata, sotto il palazzo comunale di Teramo serviva per le adunanze del popolo. Ciò ci richiama la Loggia dell' Orgagna in Firenze, la quale fu costrutta appunto per tali adunanze, poichè la ringhiera posta innanzi al Palazzo Vecchio non più bastava all' uopo. V. inoltre ciò che sui palazzi pubblici dicemmo altrove (*Studio ec.*, *Parte X edilizia*).

[2] Sempre gli stessi i Parlamenti! antichi e moderni, politici e municipali.

[3] Sul valore dell' *augustale* vedi ciò che dicemmo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica*, *Monete*.



habitationis dicti Judicis[1] nisi ex causa illis de regimine videntur quod dicte conciones et consilia alibi fierent. Qui consiliarii vocentur per baiulos et tubatores et non per bannum una die pro altera. Et si aliquis modo predicto ad consilium vocatus non iret ad penam duodecim denariorum mulctetur vice qualibet exigenda de fisco absque sententia et processu si aliquam excusationem non habeat que Judici et sex de Regimine legitima videatur. Si vero iret post propositas per Judicem factas medietatem dicte pene solvere teneatur. Et congregato consilio Judex prudenter proponat quod fuerit opportunum et supra eo petat salubre consilium exiberi. Et facta ipsa proposita consultores consulte provideant et consulent quod eis melius et utilius visum fuerit supra eisdem. Et dum aliquis arrengator in consilio loquitur nullus alius loquatur nec eum interrumpat. Et si quis contrafecerit ad penam duorum soldorum vice qualibet teneatur. Nec possent ad arrengandum consurgere nisi tres homines consiliarii tantum, qui solum supra propositis consulant nec aliquid de novo proponere vel arrengare valeant et qui contrafecerit ad penam decem soldorum vice qualibet teneatur. Et deliberata in dictis consiliis Juri non repugnantia Judex fideliter exequatur, dummodo quod quelibet deliberatio fiat ad bussulas et palluctas etiam si nullus contradictor arrengando existeret, ut quilibet occulte voluntatem suam ostendere valeat, quam publice ob timorem ostendere non auderet nisi dicte proposite fierent super impositione generalium collectarum que ipsas opportent (?) et collectarum pro salariis offitialium et pro rebus pertinentibus ad custodiam et fortificationem Terami et aliis rebus evidenter utilibus et necessariis dicte universitati terami quibus casibus dicte deliberationes fieri possint et obtineri partito de sedendo ad levandum.[2]

---

[1] Da qui si vede che il giudice, autorità principale in Teramo, avea stanza nel civil palagio; siccome appunto fino ai moderni tempi vi abitava il preside di tutta la provincia.

[2] *Per alzata e seduta,* si direbbe oggi.

Et si aliter deliberaretur quod ad bussulas et palluctas preter quod in dictis casibus reservatis quod deliberatum fuerit nullum sortiatur effectum. Et quod omnes et singule deliberationes facte tam in consiliis quam in parlamentis obtineri debeant per duas partes hominum, qui ipsis consiliis vel parlamentis adessent. Et quod omnis quantitas expensarum excedens summam viginti quinque librarum deliberari debeat in parlamento et non in consilio. Et si aliter quod in parlamento fieret nullius sit roboris vel momenti. Et Judex qui passus fuerit aliter deliberari ad penam unius augustalis et ad emendationem damni Universitati Terami vice qualibet condempnetur. Et quilibet de consilio ad penam viginti soldorum irremissibiliter vice qualibet teneatur. Et procuret Judex de mane tempestivius quod preter consilia facere congregari, ut consiliarii eorum peragendis possint intendere et vacare. Et postquam consiliarii in totum vel pro maiori parte fuerint congregati nullus eorum discedere audeat antequam consilium terminetur. Et si quis sine licentia Judicis discederet ad dictam penam duodecim denariorum ac si non venisset vice qualibet teneatur. Si vero aliquis de consiliariis una die pro alia vocatus ad consilium ire non posset aliqua iusta et rationabili causa impeditus, quam iudex providerit fore iustam et equam, ad penam nullatenus teneatur. Et electio et renovatio dictorum consiliariorum fiat de sex mensibus in sex menses infrascripto modo, videlicet quod sex de regimine qui erunt pro tempore convenientes in unum in dicto palatio civilium illico post semestris (*sic*) quo perdurat officium dictorum triginta sex consiliariorum facto diligenter . . . . . . . . . . et inquisitione inter cives quos invenerint ad modum legis idoneos eligant alios triginta sex consiliariorum pro tunc alio proximo semestri vel etiam proximo anno si sic in consilio deliberatum extiterit qui consiliarii usque ad unum annum post finitum tempus eorum officii ad illud idem officium eligi et assumi non possint. Hoc etiam presenti assisie duximus inserendum quod cum aliquid in ipsis



consiliis vel parlamentis per spetiales personas exponeretur, facta expositione per eos immediate licentietur (*sic*) de consilio et de parlamento illi quos negotium expositum tangerit, et in eorum absentia provideatur quid agendum sit supra ipsis taliter expositis in consilio vel parlamento predicto. Item quod per dictum consilium triginta sex eligantur centum homines de melioribus et ditionibus[1] de Teramo et omnibus villis et castris, qui omnibus parlamentis fiendis in civitate predicta semper habeant interesse. Et ipsi homines in omni et quolibet parlamento per notarium capitulorum requirantur. Et quod deliberatum erit ibidem per predictos ducentos homines mictatur ab bussulas et palluctas et si aliter fieret quod modo predicto deliberatio fienda nullius sit valoris. Et quicumque dictorum ducentorum hominum ad parlamentum ipsum non steterit solvat vice qualibet denarios duodecim nisi iustam excusationem haberet.

### *De questionibus non emendis - Rubrica XXV.*

Cum plerumque aliqui non valentes de iure vincere questionem ipsam emant vel aliquo titulo recipiant res iura vel actiones de quibus est vel esse speratur seu esse posset questio. Et aliqui litigantes vendunt et alienant ac cedunt res iura et actiones litigiosas seu supra quibus lites future sperantur, hac ergo perpetuo firmamus assisia, quod nullus de cetero aliquo alienationis titulo det mandet tradat vel cedat res iura vel etiam actiones alicuius rei de qua esset vel esse speraretur lis et questio in possessione vel proprietate et nullus recipiat, quod si contra fieret talis dans teneatur parti adverse ad duplum valoris rei petite et taliter litigiose. Et sine alio iudicio fiat per Judicem executio. Et accipiens teneatur sine alio iudicio parti petenti restituere ac si fuisset per confessionem partis probatum.

---

[1] Corrige: *ditioribus* e *ducentos* in luogo di *centum*, come appare dal contesto e dalle notizie che si hanno da altri registri comunali sul numero dei *parlamentari*.

### *De Tubatore et eius officio - Rubrica XXVI.*

Assisiam facimus quod unus tubator ad minus semper habeatur in Teramo qui de eius arte serviat in magnis festivitatibus ad ecclesias in missarum celebratione, quum corpus christi in altari levatur ac etiam officialibus pro honore universitatis. Qui tubator teneatur bannum mictere per Civitatem Terami quoties opus erit et vocare consiliarios et eis mandare quod veniant ad consilium. Possit etiam citationes facere sicut ceteri baiuli Terami. Qui tubator semper in tubando et banniendo servat et faciat alia servitia opportuna nec ad alias terras et alia loca extranea accedat sine licentia Judicis et Consilii pena quadraginta soldorum si contrafecerit in predictis, nec Judex et Consilium possit ei dare licentiam nisi pro tribus diebus tantum et si dederit non valeat. Et habeat dictus tubator de pecunia et ere universitatis pro suo salario anno quolibet ducatos decem octo plus et minus arbitrio consilii et sit liber et immunis ab omnibus et singulis collectis imponendis in Teramo tam per focularia quam etiam per libras exceptis reparationibus murorum pontium fontium et viarum in quibus una cum aliis hominibus conferat de Teramo. Teneatur etiam bannia mictere ad petitionem spetialium personarum cum fuerit requisitus et habeat pro suo labore pro quolibet bannio et loco in quo bannum emiserit denarios duos et si facere id recusaverit teneatur ad penam decem soldorum vice qualibet et credatur sacramento denunctiantis. Teneatur etiam ire et de ipsius exercitio servire cuilibet de Teramo cum fuerit requisitus in nuptiis et sollempnitate ipsarum. Et si requisitus non iret teneatur in soldis viginti vice qualibet qua fuerit requisitus. Et habeat pro suo salario ultra infulam et bursectum [1] pro tribus

[1] Il Du Cange a questa voce *Infula* fra l'altro scrive: *In Stat. Alber. Infulas intelligo Fascias ad tegendum caput vel ad armandum; qua notione*



diebus soldos decem. Et non audeat dictus tubator matinatas facere alicui de Teramo in kalendis Januarii [1] et si fecerit et aliquis propterea sibi dederit aliquid vel etiam si dictus tubator plus receperit in quolibet casuum predictorum quod sibi promissum sit tam dans quam ipse recipiens teneantur ad penam vice qualibet decem soldorum et credatur sacramento denunctiantis. Huic etiam assisie pro honore universitatis inserimus quod dictus tubator in eius tuba seu tubicta [2] nulla alia insignia seu banderiam possit apponere dum stat in civitate predicta vel etiam alibi quod eam et ea que dicta universitas ordinaverit et deputaverit pena centum soldorum vice qualibet qua contra fecerit. Et si quis contra predicta arrengare presumpserit, si Judex Terami, teneatur in centum soldis, si alius, in soldis quinquaginta vice qualibet teneatur. Et quod in contrarium reformaretur non valeat ullo modo.

### *De electione baiulorum et eorum offitio.*
### *Rubrica XXVII.*

Assisiam facimus quod baiuli [3] comunis singulis tribus annis semel nisi prius ex aliqua causa visum fuerit consilio eligantur in ipso consilio per scarfinas.[4] Et sint quatuor intus in Teramo, ad quod officium eligi non possit habens bona stabilia propria sive dotalia in catasto Te-

*vocem* infula *usurparunt Latini....* E più oltre: *Infula pro quovis Pileo, Gall.* Bonnet. In quest'ultimo senso può intendersi qui. *Bursectum*, che non è nel Du Cange, può significare *Borsetta*.

[1] Si vegga forza delle abitudini e della tradizione. Fino a questi presenti tempi il banditore del nostro Comune va in ogni Capo d'anno ad augurare il buon anno ai più cospicui cittadini sotto la loro finestra con l'aspro clangore della sua tromba.

[2] Il banditore oltre la tromba avea ancora, come di qui si scorge, la trombetta per solleticare le orecchie de' Teramani d'allora.

[3] Si noti qui un'altra analogia de' costumi e delle leggi nostre con quelli delle prossime Marche, giacchè in ambedue i luoghi il *Baiulus* era il messo giudiziario del Comune (V. Rezasco, *Dizion. stor. e ammin.*, alla voce *Balio*). Presso di noi fino a questi ultimi tempi il nome di *Balivo* dettesi al Banditore della città.

[4] Cioè a brevi, giusta la nota alla Rubrica XXXII di questo libro.

rami apretiata decem librarum [1] vel ab inde supra. Alii vero electi qui tale apretium non haberent compellantur per Judicem Terami modis omnibus ad exercendum officium, excepto si daret aliquem idoneum alium et approbatum per dictum consilium qui loco sui exerceret officium recipiatur et ipse principalis electus non compellatur, dummodo quod electus fideiubeat pro sic dato per eum de indempnitate usiversitatis et spetialium personarum. Qui baiuli iurent in manibus iudicis eorum officium de bene legaliter et fideliter exercendo. Et faciant omnia servitia necessaria curie et habeant pro suo salario annuatim ducatos 8 [2] pro quolibet ipsorum et plus et minus pro ut deliberabitur in dicto consilio. Et sint exempti liberi et immunes ab omnibus et singulis collectis imponendis in Teramo tam per focularia quam etiam per libram exceptis reparationibus murorum civitatis fontium pontium et viarum in quibus sicut alii homines de Teramo contribuere teneantur. Et quod non discedant a curia sine licentia Judicis et notarii. Et quod unus baiulorum teneatur servire Judici et notario et alius Capitaneo qualibet die pro ut inter eos dividetur. Et etiam omnes simul et semel pro ut Judici opportunum videbitur, secundum quod necessitas occurrerit propter horas commestionis qua superata statim ad curiam revertantur. Et citent ad petitionem cuiuscumque quoscumque homines in Teramo et districtu, videlicet, singulos pro singulis denariis infra menia civitatis. Si vero extra civitatem iverint ad citandum recipiant denarios quatuor pro quolibet miliari non obstante quod plures citarent. Et personas citatas ad petitionem agere volentium Judici vel notario representent. Teneantur etiam dicti baiuli facere executiones pignorum et ipsa pingnora ad domos creditorum por-

[1] Del Catasto e della stima de' beni in Teramo dicemmo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Catasto ed Estimo.*

[2] È questo un numero aggiuntovi di alieno carattere e di epoca posteriore a quella del testo. Si noti inoltre che in questo Codice non si veggono mai numeri arabi come questo qui sopra.



tare et eis assignare per totam illam diem qua eis per Judicem et notarium commicteretur. Et habeant pro quolibet pignore infra Civitatem denarios duos. Extra civitatem vero pro quolibet miliari denarios quatuor. Et de ipsis pignoribus sic acceptis pro curia et aliis servitis curie non audeant aliquid recipere. Et possint teneantur et debeant ipsi baiuli et etiam bampnitores arbitrio et mandato Judicis sequestra et recomendationes [1] facere in bonis forensium ad petitionem cuiuscumque conquerentis dummodo quod statim ipsi Judici et notario mictent et referant. Et si dicti baiuli et bannitores contrafecerint vel ipsorum aliquis contrafecerit in predictis teneatur vice qualibet ad penam decem soldorum. Et ut eorum malitiis et fraudibus obvietur qui quandoque ad evitandum laborem non citatos pro citatis representant et proinde multi dampnificantur pro eo quia contumaces reputantur, cum in veritate contumaces non sint. Inserendum duximus huic assisie quod quotiescumque dicti baiuli et tubatores commissione Judicis vel etiam cuiuscumque alterius officialis se etiam ad petitionem cuiuscumque persone in citatione ipsa habere debeant et adhibere testimonium unius testis. Excepto in causis capitulorum in quibus eorum relationi credatur, aliter citatio facta non valeat et sit ipso iure nulla. Et citati contra dictam formam contumaces non reputantur. Et dicti baiuli et tubatores contra dictam formam citantes teneantur citatis de omni dampno et interesse, quod propterea incurrerent. Et nichilominus ipsi baiuli et tubatores incidant penam vice qualibet qua contrafecerint decem soldorum.

*De electione sindicorum ipsorum officio et eorum salario et aliorum universitati Terami servientium - Rubrica XXVIII.*

Assisiam facimus quod quilibet iudex et notarius capitulorum qui fuerint in Teramo de mense augusti

[1] *Recommendatio, Monitum, invitatio, exhortatio,* Du Cange, *Glossarium.* Era, crediamo noi, quella che oggi chiamerebbesi *intimazione.*

ante adventum capitanei vel Justitiarii teneantur eorum vinculo iuramenti eligi facere in parlamento fiendo unum sindicum generalem, qui sindicus generalem potestatem habeat exercendi omnia universitati incumbentia et sex alios sindicos secundum formam capitulorum regni ad notificandum regiis offitialibus illa que ipsi et eorum familia contra iustitiam commicterent in eorum officiis, qui si pro huiusmodi notificatione se correxerint emendaverint et abstinuerint, ab iniuste commissis bene quidem. Sinant dicti sindici et ipsorum quilibet teneantur expensis universitatis ad requisitionem cuiuslibet iuste querentis ire coram regia vel reginali maiestate [1] et sub officialibus suis seu quocumque alio rectore et gubernatore terami vel suo locumtenente ad denunctiandum et accusandum predictos offitiales de his que indebite commisissent contra universitatem Terami et spetiales personas. Et Judex procuret per dicta fideliter exequi et pecuniam necessariam ipsis sindicis invenire et eis exibere Jnventarium sindicatus. Et si iudex vel ipsi sindici sive aliquis ipsorum contrafecerit et in predictis fuerint negligentes incidat ipsorum quilibet penam unius uncie vice qualibet. Et habeat quilibet Sindicus qui pro negotiis universitatis vel spetialium personarum iverit cum equitatione infra iustitiariatum [2] pro suo salario et expensis die qualibet soldos decem. Et si extra iustitiariatum vel extra regnum [3] iverit soldos viginti. Et si familiarem duxerit pro ipso familiari die quolibet soldos quinque et plus juxta negotii et temporis qualitatem.

---

[1] Siccome allora nel Regno non vigeva la legge salica, così lo Statuto teramano parla del governo di regine.

[2] Il *Giustizierato* dell'Abruzzo ulteriore comprendeva in quel secolo XV le due presenti province di Aquila e di Teramo dette ora altresì di Abruzzo ulteriore II e I. Nel 1684 soltanto Teramo ebbe la regia udienza e divenne capoluogo di provincia.

[3] Qui si parla di ambascerie sostenute per incarico del Comune fuori del Regno. Ciò accadeva perchè allora era sovrano di questo Alfonso ch'era ancor re di Aragona e figlio di Ferdinando I che avea unita la corona di Sicilia a quella di Aragona. Era quindi necessario che i Teramani spedissero talvolta i loro messi fino in Aragona, ove trovavasi spesso il loro re.



Nec cogatur aliquis accedere nisi prius erit ipsi sindico vel ambassiatori satisfactum integraliter de dictis denariis secundum loci distantiam. Et si iudex contrafecerit ad penam centum soldorum vice qualibet. Aliis vero quibus nunctiatum fuerit prestare aliquod servitium universitati quocumque modo et via Judex Terami satisfieri faciat die quolibet dum in eodem servitio manserint pro quolibet soldos decem. Si vero esset negotium arduum et labores intensi, sex de regimine cum conscientia iudicis possint eis magis providere inspecta qualitate negotii. Et predicta teneantur Judex et sex de regimine illis qui pro tempore eorum officii servitia ipsa prestiterint pena decem librarum et sub religione prestiti iuramenti. Item dari faciant cuilibet armigero servienti pro qualibet die soldos decem et plus secundum temporis qualitatem et providentiam iudicis et dictorum sex de regimine.

### *De officio vialium - Rubrica XXIX.*

Assisiam facimus quod viales [1] qui ordinati fuerint ad procurandum plateas Terami, portas, muros, fontes et fossos semel mense quolibet dum morantur in officio teneantur una cum notario capitulorum circuire et requirere omnes qui singulas plateas, muros, menia et fontes civitatis et si quid duxerint in eis reparandum reparari faciant, videlicet plateas per illos homines ante quorum domos reparatio est opportuna, foveas deaptatas reparari tamen faciant per illis quorum fuerint ipse fovee si ipsarum patroni inveniri possint, alias reimpleri faciant per adiacentes locis ipsarum fovearum pro ut ipsi notarius et viales per eorum inspectionem iudicaverint. Muros vero portas et fontes quos et quas

---

[1] Nel latino classico *vialis* è nome soltanto aggettivo, e Plauto chiama i Dei tutelari delle strade *Lares viales*. Qui è adoperata questa voce come sostantivo, e vale a significare gli ufficiali del Comune addetti alla cura delle strade, piazze, mura, ec. Il Rezasco, *Diz. stor. amm.*, spiega: *Soprastante alle strade, a' ponti ed alle fontane, in alcune Comunità fiorentine, umbre e marchigiane, ec.*

reperierint reparatione indigere statim referant iudici et sex de regimine qui procurent secundum deliberationes consilii ad extallium [1] si possunt vel alio modo facere reparari. Alii autem viales qui ad procurandum vias alias pontes et fontes extra civitatem eliguntur teneantur eorum vinculo iuramenti, quilibet in sua contrata videre sibi commissa et necessitates ipsarum viarum fontium et pontium. Et si invenerint ipsos vel ipsas deactatos vel occupatos seu deactatas vel occupatas sive aliquibus aliquorum operationibus deactari cursu aquarum vel quolibet alio modo possint illa facere emendari et reparari per illos qui ipsa deactaverint vel eorum operatione deactata fuerint. Et si deactata essent vitio soli vel impetu aque sine culpa alicuius repararentur per adiacentes. Et si in totum via deperdita esset, compellantur vicini proximi vie vendere de terris eorum tantum quantum necessarium fuerit pro via ipsa iuxta extimationem duorum hominum per iudicem eligendorum, si partes in eligendo ipsos concordes non essent. Et possint dicti viales ex potestate eorum officii mandare et mandari facere cuilibet adiacentium unicuique vie quod sit ad reparandum viam et adveniendum quum necessarium esset. Et si aliquis vocatus non iret vel viam sue possessioni vicinam eius vicio deactatam non emendaret infra terminum sibi datum, teneatur dare viali uno vel pluribus dupplum quantitatis pro qua illud opus emendaretur cuius pene medietas sit vialium pro ipsorum industria et labore in inveniendis operariis qui reparent illam viam quando illi contempserint reparare. Et ille qui vocatus ad reparationem vie non iverit vel non miserit similiter pro qualibet die qua non iverit vel non miserit, duobus diebus in ipso opere vie operari compellatur, vel duo operarii conducantur per vialem quibus satisfaciat per illum qui ad reparationem vie vel fontis vel pontis ire

[1] *Extallium* intende il Du Cange un podere dato ad affitto con annua prestazione. Qui, per metafora, si parla di opere di restaurazione date ad appalto (*ad extallium*).



noluit nec idoneum operarium procuravit. Et vias vicinales reparari faciant a dominis possessionum vicinalium quatenus terra et possessio protenditur iuxta ipsam taliter quod habentes ire per eam possint comode ire et redire, quod si non facerent teneantur ad penam eis impositam per viales. Et si quis iret per eorum possessiones sibi vicinas quas actare noluerint ad penam aliquam non teneantur. Et ut dicti viales possint eorum officium favorabiliter exercere quilibet vialis per executionem sui officii possit cuilibet penam imponere quinque soldorum totiens quotiens sibi expedire videbitur. Quam penam Judex et notarius capitulorum qui pro tempore fuerint a contemptoribus exigi faciant immediate postquam eis fuerit nunctiatum per viales cuius assecutioni [1] credatur de omnibus que ad executionem officii pertinerent. Et eorum diffinitio valeat et teneat pleno iure. Et si aliquis de Teramo et districtu eius aliquam possessionem que non haberet unam [2] per quam ipse possessor et eius familiares possent ire et redire, quod eidem possessioni seu petie terre viam non habenti detur et concedatur ab illis propinquioribus ipsi petie terre convicinis, unde minus preiudicium generetur convicinis eisdem secundum extimationem duorum proborum virorum per partes comuniter eligendorum. Et si predicti electi concordes non essent in ipsius vie extimatione Judex possit et debeat tertium eligere et scandere quod duo ex tribus extimaverint ematur per dominum possessionis via carentis ab illo vel ab illis propinquioribus vicinis ad dictam viam dandam et vendendam habilibus secundum provisionem dictorum electorum quorum diffinitionem et terminationem Judex faciat observari suo vinculo iuramenti.[3]

[1] Forse *assecurationi?*

[2] Manca o si sottintende *viam.*

[3] Si vegga da questa rubrica quanta cura delle strade, delle piazze, ec. avessero i nostri antichi, a' quali da' moderni si rimprovera poca arte edilizia.

### *De offitio portanariorum - Rubrica XXX.*

Assisiam facimus quod portanarii singulis sex mensibus renoventur et in exercitu accedere non cogantur, qui aperiant portas de mane vecturariis, molendinariis, mercatoribus et bubulcis illico post sonum Campane sancti Francisci[1] aliis vero ad sonum campane episcopatus ad matutinum.[2] De sero vero sint solliciti ad aperiendum hominibus de Teramo cum venerint ab extra versus civitatem. Et eas non claudant tempore pacis usque ad tertium sonum campane[3] in quo eas vadant ad serandum et antequam claudant clament si sint aliqui extra portam. Si quis contra fecerit solvat vice qualibet soldos duos dummodo portanarii qui pro tempore custodient Portam romanam, Portam de pretosa, Portam Sancti Antonii et Portam Sancti Johannis[4] pro porta qualibet et mense quolibet habere debeant soldos duos. Et qui fuerint in ipso officio ad retinendum claves in eodem officio ad ipsas easdem retinendas usque ad duos annos completos post ipsum depositum officium et claves resignatas esse non possint.

---

[1] Ciò mostra che il primo squillo di campana nel mattino udivasi nella Chiesa di San Francesco, detta ora comunemente di Sant' Antonio. I Francescani di allora doveano essere i primi frati che si levassero a cantar le lodi del Signore, appunto come fino a' tempi nostri fecero i Cappuccini, che sonavano a mezzanotte la loro campana.

[2] Questo suono era probabilmente quello che ora noi chiamiamo *prima squilla* e che si sente ad un' ora circa dopo il levar del sole. Sul suono delle campane e sulla relazione ch' esso avea con gli usi pubblici e privati abbiamo ragionato più a lungo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte IV etica, Suono delle campane.*

[3] Dovea essere questo il suono del coprifuoco che, dopo l'avemmaria e l' un' ora di notte, era il terzo della sera, e che accade ancora in molte città d' Italia a due ore di notte.

[4] Di tutte queste porte rimane ora soltanto in piedi quella di Sant' Antonio detta adesso, per decreto municipale, Melatina a settentrione della città. Rimangono gli sbocchi dell' antica porta di San Giovanni (priva però di tal nome) e di porta Romana pur oggi così nomata. La *Porta pietrosa* qui mentovata dovrebb' esser quella detta oggi di San Giorgio; e così crediamo perchè era quella, per cui s' introducevano le pietre travertine di Civitella del Tronto, delle quali veggonsi murate le case di Teramo.



Qui dum ipsum exercent officium sint exempti liberi et immunes ab omnibus et singulis collectis in Teramo imponendis per focularia tantum excepta collecta Judicis et notarii capitulorum, murorum Civitatis, pontium, fontium et viarum.

### *De offitio pontoneriorum - Rubrica XXXI.*

Assisiam facimus quod iudex et sex de regimine qui pro tempore fuerint eligat pro quolibet ponte magno[1] Terami et districtus unum pontonerium ad procurandum pontem sibi commissum, cuius officium duret uno anno tantum. Et quilibet pontonerius iuret suum officium fideliter exercere et pecuniam ad eius manus proveniendam tempore sui officii in opere pontis sibi commissi fideliter erogare. Et si defectus pontis magnam expensam requireret dictis Judici et sex sollicite nunctiare debeat quod provideant per opportuna consilia de reparatione ipsius pontis ita et taliter quod pontes ordinati et ordinandi in fluminibus pontoneriorum non recipiant lesionem. Et pontonerius porte sancti Antonii habeat etiam procurare pontem parvum supra fontem ordinatum prope dictum pontem et fontem ibi astantem.[2] Et si quis pontonerius in suo offitio negligens fuerit vice qualibet ad penam viginti soldorum per iudicem terami condempnetur, et ad emendationem cuiuslibet damni ponti sua negligentia provenienti (*sic*) nihilominus teneatur. Teneantur etiam et debeant dicti pontonerii in fine eorum officii dicti anni in consilio legere et

---

[1] Non pochi doveano essere i ponti, giacchè in questa rubrica si distinguono i grandi dai piccoli. Ognuno sa che a' tempi delle città chiuse ogni porta avea il ponte levatoio, di cui qui principalmente si parla. V. *Ponti* nella *Parte X edilizia* del succitato *Studio.*

[2] A porta Sant' Antonio sul fossato v' era da presso un altro ponticello che serviva per dare più comodo accesso alla fontana che dev' essere la celebre detta ora della Noce. Ogni porta avea poi un fonte e cel rammenta il Campano vescovo di Teramo nelle sue lettere al card. Ammanati (*Epist.*, lib. I, Epist. IV) con queste parole: *Singulis portis singuli fontes exsudant, uberrimi omnes et perlucidi.*

publicare omnem introytum et ibi recitare et declarare omnia nomina et quantitates omnium et singulorum hominum et personarum sibi aliquid eorum pro reparatione pontium impendentium ac etiam exitum de eisdem et ex ipsis quaternum facere et consignare eorum in officio successoribus.

### *De officio commestabulorum - Rubrica XXXII.*

Assisiam facimus quod commestabili in Teramo et districtu fiant in numero consueto et eligantur et renoventur singulis annis per homines de commestabilia vel maiorem partem ipsorum congregatos in palatio civilium coram notario capitulorum. Qui notarius faciat scarfinas [1] videlicet duas scriptas et alias albas, et illi quibus scarfine scripte obvenerint prestito iuramento quod electionem sine dolo et fraude faciant, eligant commestabulum idoneum, qui sic electus compellatur modis omnibus per Judicem ad exercendum officium. Et si electus non esset idoneus et propter ipsius defectum universitati vel hominibus de commestabilia dampnum aliquod eveniret, quod non posset de bonis ipsius commestabuli satisfieri, electores qui ipsum elegerunt ad emendationem huiusmodi dampni de ipsorum proprio teneantur. Nec aliquis ad dictum officium eligatur donec omnes et singuli de commestabilia ad id idonei dictum officium exercuerunt nec alter alterius onera indebita subeat. Et habeat quilibet commestabulus pro suo salario a quolibet integro foculari denarios quatuor et ab aliis pro rata quod cum salario iudicis recolligatur.[2]

[1] La voce *scarfina* non è registrata nel *Glossarium* del Du Cange, neppure in quello dell'ultima edizione del Firmin-Didot, ma dal contesto appare significare la scheda o il breve su cui si scriveano dagli elettori i nomi degli eletti (come in questa e nella precedente Rubrica XXVII) e dai magistrati i loro ordini, siccome nella Rubrica IX. Tal significato, nelle Marche e nella Sicilia. è pure attribuito alla voce *scarfina* dal *Dizion. stor. amministr.* del REZASCO, Firenze, 1881.

[2] Sui Contestabili a Teramo, nel Regno e altrove dicemmo già. (*Studio ec., Parte I organica, Ufficiali.*)



### *De offitio iuratorum - Rubrica XXXIII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli iurati intus et extra teramum ordinati teneantur et debeant se bis in mense, videlicet, diebus dominicis representare notario capitulorum et referre omnia crimina et delicta sibi referri commissa que commicti viderent contra assisias Terami. Et si quis ipsorum contra fecerit ad penam duorum soldorum vice qualibet condempnetur. Quorum iuratorum relationi credatur et habeantur secreti.

### *De habentibus pontes parvos - Rubrica XXXIV.*

Assisiam facimus quod quicumque fecerit et habuerit pontes parvos [1] in quibuscumque locis ita debeant ipsos aptare et aptatos retinere quod homines et animalia sine impedimento valeant ex inde transire. Et si quis contrafecerit teneatur domino cuius fuerit animal proinde deguastatum vel peremptum dampnum passo ad emendationem dampni, et pro pena Universitati Terami vice qualibet soldos viginti. Et dicti pontes sint latitudinis quinque pedum ad minus.[2]

### *De officio corrigentium focularia - Rubrica XXXV.*

Assisiam facimus, quod focularia Terami anno quolibet corrigantur semel ad minus [3] per duos idoneos et

[1] Questi erano i ponticini, che probabilmente davano adito ai fondi privati confinanti con le pubbliche strade. Anche questa rubrica ci mostra la cura che i nostri antichi aveano pel buon mantenimento delle strade.

[2] Non ancora in que' tempi gli usi napoletani dominavano in Teramo, tanto da far abbandonare gli antichi piedi pei palmi, come avvenne più tardi.

[3] La numerazione de' fuochi ossia delle famiglie rivedevasi ogni anno allora, sicchè è uopo dire per questo capo che la civiltà di que' tempi avvantaggiavasi su quella de' nostri, che esige soltanto ogni decennio siffatto censo. Peccato che siffatta diligenza aveva uno scopo in tutto fiscale, come si scorge nel contesto!

legales homines de unoquoque sisterio per iudicem et sex de regimine qui tempore fuerunt eligendos, qui iurent ipsa focularia fideliter corrigere et faciant assignari per comestabulos in scriptis omnes et singulos de commestabilia descriptos et non descriptos in fumantia[1] ut ipsi non scripti describantur et apponantur in ipsis focularibus nec universitas in aliquo dampnificetur. Et secundum eorum puram et rectam conscientiam dicta focularia corrigantur. Et quos invenerint similiter habitare et lucra fructus redditus et proventus inter se communicare ponant tantum pro uno foculari. Si vero divisim et seorsum lucrarentur pro divisis focularibus solvere teneantur. Et si aliquis fraudulenter operatus fuerit qui in caternis[2] foculariorum non scribatur teneatur universitati terami die qualibet qua scriptus non steterit soldos quinque. Et notarius capitulorum sollicite procuret in quantum potest augere focularia et invenire illos qui in quaternis foculariorum rationabiliter scribi debent, et statim quod ipsos reperierit scribi faciat a quibus omnibus qui cotidie morientes seppellit quia opus caritatis exercet seppelliendo mortuos liber sit et exemptus, et nec per focularia nec per libras in aliquibus subventionibus et collectis set in oneribus aliis quibuscumque contribuere compellatur dum dictum exercet officium. Et idem sit in aliis qui ad tube opus fuerit legitime ordinatus. Hoc tamen addito et expresso quod imponendo viduas ad focularia supradicta, ista discretio habeatur, videlicet, quod si vidua per se habitans reperiatur habere in catasto allibrationem quinque librarum et infra ponatur pro una Quarta. Si decem librarum ponatur pro duabus quartis et ita augendo usque ad libras in quibus et ab inde supra ponatur et ascribatur pro integro foculari.

[1] Del *liber fumantie* parliamo nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Tributi.*

[2] *Caternis* per *quaternis.*



*De officio illorum qui habent vocare homines ad exequias defunctorum quum quis morietur in Teramo - Rubrica XXXVI.*

Assisiam facimus quod qui deputati fuerint ad vocandum homines ad assotiandum simul cum aliquis moriretur in Teramo, teneatur ad petitionem cuiuslibet requirentis vocare homines de locis et contrata ipsi mortuo adiacentibus. Et qui vocati fuerint teneantur et debeant statim quum requisiti et vocati fuerint ire ad domum defuncti et deinde ad ecclesiam apud quam defunctus seppelliendus est et non discedant quousque consanguinei defuncti revertantur ad domum que fuerat defuncti ad quam eos assotient. Et si quis modo predicto vocatus non iverit vel vadens ante discesserit ad penam sex denariorum vice qualibet teneatur. Et illi ad vocandum dictos homines ordinati illo die Judici vel notario capitulorum referant vocatos qui ad defunctum non iverint vel profecti ante discesserint quam homines ad domum que defuncti fuerat revertantur. Et si predicti ordinati contra fecerint vel aliquis eorum contra fecerit ad penam duorum soldorum vice qualibet teneatur, et credatur sacramento denunctiantis dummodo quod in excusationibus legitimis audiatur, quod discretioni Judicis et notarii capitulorum protinus relinquatur.

*Quod una die ebdomade possit Ius reddi temporibus feriatis - Rubrica XXXVII.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex qui pro tempore fuerit teneatur et possit temporibus vindembiarum et messium quibus ad utilitatem hominum ferie inducuntur, regere curiam semel in ebdomada dum ipsi ferie perdurant, videlicet qualibet die mercurii, et in ipsis diebus mercurii singulis conquerentibus ministrare iustitiam et processus inchoatos prosequi et finire ipsis feriis indictis non obstantibus.

*Quod nullus tubator seu ioculator audeat sonare ad domum alicuius in festivitatibus infrascriptis - Rubrica XXXVIII.*

Assisiam facimus quod nullus tubator seu ioculator audeat tubare vel sonare aliquid instrumentum in festo nativitatis domini et kalendis Januarii ad domum alicuius de Teramo de die sive de nocte ad matinatam faciendam.[1] Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Et ad eandem penam teneatur manciam faciens[2] et iurati predicti specialiter ea referre teneantur. Item quod nullus tubator, ioculator et baiulus, nec aliqua alia persona audeat petere manciam alicui de Teramo in festivitatibus supradictis, et qui contrafecerit tam petens et recipiens quam etiam impendens solvat vice qualibet soldos viginti. Et Judex qui pro tempore fuerit in Teramo teneatur inquirere de predictis sub pena prestiti iuramenti.

*Quod iudex in fine officii teneatur consignare pavese et notarius capitulorum balistam - Rubrica XXXIX.*

Assisiam facimus, quod quilibet Judex qui pro tempore fuerit in Teramo teneatur ad memoriam sue persone relaxare et consignare universitati Terami vel eius camerario nomine dicte universitatis recipienti unum bonum pavese sive Tergonem valoris et comunis extimationis unius ducati cum dimidio. Et notarius capitulorum unam balistam cum cincto et croccho corda et magistra[3] valoris et comunis extimationis unius du-

[1] Accennammo a tal uso tuttora vivo a Teramo in una nota apposta alla Rubrica XXVI di questo lib. I.

[2] Fra i varii significati attribuiti dal Du Cange alla voce barbara latina *mancia* v' ha anche quello italiano di *mancia*. Qui perciò il *faciens manciam* dovrà intendersi colui che dava la mancia al trombettiere del Comune.

[3] Vari sensi ha questa voce nel *Glossarium* del Du Cange; ma tra essi niuno, che possa attribuirsi a cose appartenenti alla balestra; siccome accade nel caso nostro.



cati, que si non consignaret retineatur eis tandumdem de eodem salario. Et Camerarius Terami qui pro tempore fuerit teneatur ab eis requirere et pene unius uncie dum tamen quod ne ipsi Judex et notarius possint in predictis ignorantiam pretendere et allegare dictum capitulum in eorum electionibus inter alia includatur.

*Quod Judex veniat ad officium tribus diebus ante ingressum officii - Rubrica XL.*

Item assisiam facimus quod quilibet Judex qui pro tempore electus fuerit in Teramo ad officium iudicatus civilium teneatur venire et personaliter se conferre cum suis officialibus et familia ad Civitatem Terami die precedenti ante ingressum sui officii, quod si non fecerit excomputetur pro rata temporis de suo salario dummodo quod id in sua electione ponatur, ne de predictis ignorantiam pretendere possit.

*De non faciendo compositionem cum offitialibus de pecuniis et rebus ad Universitatem spectantibus - Rubrica XLI.*

Assisiam facimus ut si qua persona de Teramo vel districtu cuiuscumque status et conditionis existat cum officialibus Civitatis Terami seu ipsorum altero vel cum aliqua persona interposita vel submissa compositionem aliquam ex quavis causa ex qua ipsis officialibus vel alteri ipsorum seu alteri pro eisdem aliquid daretur vel extorqueretur ab ipsis quod ipsi Universitati quodlibet spectaret et pertineret, vel cum eo sive ipsis officialibus deberet fieri excomputatio pro salario ipsorum quod tam ipse principalis solvens quam etiam mediator infra tres dies a die compositionis promissionis seu extorsionis facte computandos sub eorum sacramento debeant id Judici et Sex de regimine revelare, quod si forsitan iurare recusaverint, Judex ipse destrigat et eos compellat suo officio remediis opportunis ad iurandum et

veritatem de his dicendum. Et quod infra eundem terminum notificet erario sive depositario Universitatis qui pro tempore fuerit totam et integram quantitatem absque dolo et fraude. Et quantitas ipsa compositionis seu extorsionis nulli alteri nisi Erario Universitatis solvatur. Erarius vero recipiat describat et faciat pro ut tenetur et debet vigore sui officii. Si quis autem contrafecerit ad dupplum quantitatis promisse vel solute ipsi Universitati teneatur. Quod si contrafecerit statim ipsi sex ipsum vel ipsos delinquentes taliter in premissis in parlamento vel consilio pro fractore fidei et status pacifici dicte civitatis Terami debeant publicare. Et ex tunc talis delinquens vel contrafaciens privatus facto sit ab omni honore officio et dignitate Universitatis predicte. Nec possit ad ea admicti vel remicti de cetero proponi vel arengari quod admictatur vel absolvatur ad penam predictam a contraveniente quolibet per Judicem de facto exigendam sibi Judici constito per duos testes ad probationem quatuor bonorum virorum qui odiosi non sint nec malivoli ipsius contrafacientis in informando solum per informationem veritatis absque sollempnitate processus et ordinis iudiciarii sufficiat ipsa tamen parte vocata et in defensionibus et iuribus suis audita. Nec mediator contrafaciens possit aliquo colore quesito dicere pecuniam seu quod sibi dicitur aut per manus eius seu de ipsius ordinatione et conscientia datum sibi deberi ratione forte patrocinii vel advocationis prestite per eundem vel alia aliqua causa et colore et allegaverit et non credatur. Item quod nullus possit advocare procurare intercedere vel aliquid dicere pro ipso delinquente vel quid sit in favorem eius ad penam predictam exigendam modo et forma predictis. Et quod ipsi sex de regimine non sint negligentes vel remissi in premissis vel aliquo premissorum quo minus fiant et recipiantur, nec etiam ipsi officiales civilium, nec aliquid facere recusabunt quominus omnia et singula fiant adimpleantur et observentur ad penam prestiti iuramenti et ad eandem penam quam ipse contrafaciens



incurrisset. Et si negligentes fuerint, per alios sex in eorum officio successores possint et debeant transgressores huiusmodi sub eisdem penis similiter coercere.

*Quod Judex prima die cuiuslibet mensis congregari faciat Sex de regimine presidentes et proxime precessores et eis legat negotia Universitatis non expedita - Rubrica XLII.*

Item ad hoc quod negotia inexpedita relicta accuratius expediantur et sine debito terminentur et executioni mandentur. Assisiam facimus quod in prima die cuiuslibet mensis qui pro tempore erit sub pena per eum prestiti iuramenti, congregari faciat Sex de regimine qui fuerunt in officio de mense proxime elasso una cum sex tunc ad regimen intrantibus et eisdem legat et ostendat omnia et singula negotia Universitatis que per eosdem sex de regimine proxime precessores expediri non potuerunt et de ipsis ipsos successores informent bene fideliter et legaliter pena ipsis sex periurii et decem librarum de facto per iudicem a contrafacientibus exigendam et eandem penam iudex incurrat si negligens fuerit in premissis.

*De quatuor hominibus eligendis pro honore fiendo festivitatibus principalibus Terami - Rubrica XLIII.*

Ad honorem laudem at reverentiam omnipotentis dei et sanctissime ac gloriosissime virginis marie matris eius ac etiam beati Berardi confessoris patroni et defensoris Civitatis Terami et omnium aliorum sanctorum et sanctarum dei. Assisiam facimus et firmamus quod Judex Terami et sex de regimine qui tunc in officio residebunt, teneantur et debeant bis in anno, videlicet ante festum assumptionis ipsius beatissime virginis quod est de mense augusti et ante festum beati Berardi protectoris predicti silicet per mensem ad minus ante quamlibet dictarum festivitatem eligere quatuor homi-

nes bonos et ydoneos de qualibet arte dicte Civitatis, videlicet licteratorum hominum mercatorum et quorumcumque aliorum artificum, qui providere habeant et ordinare pro honore fiendo ipsis festivitatibus [1] de braviis [2] et cereiis (*sic*) et ordinationes facere inter homines artis sue et ipsorum artificum esse superstites ut predicta melius exequantur circa oblationes fiendas et alia opportuna pro ut de ipsorum superstitum voluntate processerit in honorando et venerando festivitates predictas ad hoc ut deus et sanctissima mater eius et beatus Berardus homines et personas dicte Civitatis ab omni periculo et fortuna salvent liberent et defendant. Qui superstites contra inobedientes sibi possent penam imponere usque ad quantitatem quinque soldorum que pena ad requisitionem ipsorum superstitum vel alterius eorum per Judicem exigatur convertenda braviis vel cereis per eos in dictis festivitatibus offerenti maiori ecclesie [3] vel aliquo alio honore deo et beate marie virgini et beato berardo fiendo. Et in predictis et omnibus occurrentibus et necessariis et utilibus circa premissa Judex dicte civitatis Terami qui nunc est et pro tempore fuerit teneatur assistere ipsis superstitibus ope consilio et favoribus opportunis. Et si negligens fuerit, teneatur vice qualibet ad penam unius uncie Universitati Terami applicandam.

*De pace et concordia inter discordes fienda.*
*Rubrica XLIV.*

Assisiam facimus quod quotiescumque inter aliquos cives vel districtuales Civitatis Terami scandalum, odium,

[1] Questo tratto richiama alla nostra mente l'importanza delle arti e delle corporazioni artistiche in Italia nel medio evo; le quali, come in Firenze e in altre città, teneano la somma delle cose pubbliche; ci fa pensare altresì all'uso teramano tuttora vigente di eleggere tra gli artieri quelli che si chiamano procuratori delle feste sì profane come religiose.

[2] Era il *palio* che usasi pur oggi nelle feste popolari. V. inoltre questa voce nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte VIII filologica, Glossario.*

[3] Cioè alla Cattedrale di Teramo.



brigam vel inimicitiam generari contingerit, quorum occasione eis et aliis hominibus dicte Civitatis vel eius districtus turbatio posset sequi, Judex Terami qui pro tempore fuerit sub religione sui prestiti iuramenti statim quod ad eius notitiam pervenerit teneatur et debeat inter ipsos discordes tractare pacem et concordiam, si potuerit per se solum et una cum Sex de regimine dicte Civitatis et ad confundendum renitentem et favorem prestandum volenti pacem, possit et valeat ipsum renitentem cogere et compellere per penas mulctas et bampna donec ipse renitens veniat ad concordiam cum adversario suo, et dare et tenere modum talem, quod discordantes ipsi veniant ad pacem ac finalem concordiam que firmetur (?) per penas et iuramenta, pro ut melius fieri poterit, ac factas paces et fiendas inviolabiliter faciat observari.

*De quatuor hominibus eligendis cum capitaneo vel Judice ad decidendum questiones et hominum scandala sedandum - Rubrica XLV.*

Assisiam facimus quod singulis sex mensibus quando sit electio camerarii eligantur quatuor probi homines concordiatores sive pacificatores, qui una cum Capitaneo vel Judice causarum civilium vel etiam aliqui ex ipsis quatuor qui adessent si aliquis ipsorum esset absens plenam habeant potestatem atque arbitrium possint que ac etiam teneantur et ad querelam et requisitionem uniuscuiusque de Teramo et eius districtu agere volentis, congnoscendi decidendi finiendi et terminandi et congnoscere decidere finire et terminare omnes et singulas lites questiones causas litigia et contraversias quaslibet et ex quacumque causa exortas sive vertentes inter quoscunque homines et personas dicte Civitatis et districtus de quibus posset in dicta Civitate vel districtu quodcunque scandalum aliquod exoriri vel insurgere summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii libelli oblatione iuris et iudiciorum ordine non servato, nec per iuris lineas seu per ordinationem arbitrium

deum et iustitiam habere pre oculis in congnoscendo et arbitrando solam substantiam veritatis inspicere et videre, partes per se ipsos vel per alium citare ad veniendum et comparendum coram ipsis et ad interrogata respondendum et eorum iura dicendum. Et ad pronunctiationem laudum arbitrium sententiam sive arbitramentum audiendum. Quum etiam sic electi cum capitaneo vel Judice predictis possint et valeant pro decisione diffinitione et terminatione dictarum litium questionum litigiorum contraversiarum precepta et mandata facere terminos et dilationes partibus prefigere et prefixos prorogare concordare pacificare et pronunctiare terminare decidere et finire laudari et arbitrari secundum ius ac etiam de facto de partium voluntate alte et basse pro eorum arbitrio voluntatis semel et pluries convincte vel divisim seu disvinctim diebus feriatis vel non feriatis stando vel sedendo in scriptis vel sine scriptis vel aliter quocunque modo et via die et hora quacunque pro ut eis melius expediri videbitur altera partium presente vel absente citata tamen vel ab altera parte requisita. Et unus ipsorum electorum possit decisionis sententiam laudum arbitrium sive arbitramentum legere vel dicere de voluntate aliorum et a partibus observari mandare sub pena qua eis videbitur, quam penam imponere valeant vigore presentis assisie pro eorum arbitrio voluntatis a contemptoribus exigendam per Capitaneum vel per iudicem dicte Civitatis dicte Universitati Terami applicandam non obstante appellatione aliqua seu reductionis petitione que nullatenus audiatur. Et hec assisia tenaciter observetur per iudices causarum civilium et homines civitatis eiusdem sub religione eorum prestiti iuramenti.

### *De scribendis nominibus intrantium cittadinantiam Terami - Rubrica XLVI.*

Assisiam facimus quod Iudex civilium causarum civitatis Terami inter alia fieri faciat unum librum sive



quaternum de carta pecudina in quo scribantur nomina et congnomina intrantium cittadinantiam dicte Civitatis et dies receptionis ipsorum ac etiam nomen notarii per cuius manus fit instrumentum cittadinantie qui liber reponi et conservari debeat in archivo publico ad Universitatis cautelam. Et quod ipse Judex iuramentum recipiat ab omnibus et singulis notariis civitatis predicte quod nullum recipiant rogitum de predictis nisi prius scribantur et scriptum esse constet quod superponitur in libro predicto. Atque scribat in ipso Instrumento de voluntate recepti, quod ipse receptus se subiicit Assisiis civitatis predicte et spetialiter et nominatim Assisie infra posite in principio quarti libri de modo et ordine recipiendi forenses et alios pro cive non habeatur, nisi predicta omnia fecerit et observata fuerint. Ac etiam quod ipsi notarii dent in scriptis omnia nomina et congnomina hominum illorum qui devenerunt ad dictam cittadinantiam et recepti fuerunt in cives civitatis predicte de quorum receptione rogati fuerunt ipsi notarii a viginti annis citra et dies receptionis eorumdem, qui seriatim scribantur in libro predicto. Et quod Judex procedat contra emptores et possessores talium bonorum a dicto tempore receptorum in cives. Et qui recesserint seu in futurum recederent a cittadinantia predicta contra formam assisiarum civitatis predicte de his spetialiter loquentium, ne civitas predicta ipsorum malitia defraudetur. Et pena adiecta cuncti (?) temporis exigatur ad universitatis commodum et camere eius.

### *Quod in consilio non intersint illi quorum malitia tractatur in ipso consilio - Rubrica XLVII.*

Assisiam facimus, quod quando tractaretur et tractari debet in consilio sive concionibus predicte de factis Castri Podiiconi, Riparacterii, Caprafici atque Melatini,[1]

[1] Era naturale che gli interessati nelle cose di questi paesi, da non molto soggetti al Comune di Teramo, non potessero star presenti alle discussioni che riguardavano i suddetti villaggi. Essi, notiamo, erano

quod tenentes et possidentes ibidem in locis predictis non possint neque debeant interesse in ipsis consiliis vel concionibus sive parlamentis. Set statim debeant exire de consilio concione vel parlamento predictis ut unusquisque possit narrare et dicere votum suum libere et absque alicuius contemplatione vel timore. Et qui contrafecerit in predictis vice qualibet solvat camerario Terami augustale unum. Et quod homines de ripa predicta debeant se obligare penes acta curie Justitiarii aprutii ultra flumen piscarie annis singulis, videlicet in tempore quo obligationes fuerint et fieri debent de collectis generalibus ipsi Justitiario persolvendis, ut eorum negligentia vel renitentia non possit Universitati terami predicte dampnum vel penam aliquam afferre. Sed ipsi pro suis meritis supportare debeant.

### *De massario communis eligendo - Rubrica XLVIII.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex causarum civilium, qui pro tempore fuerit in Teramo, teneatur et debeat in principio mensis septembris cuiuslibet anni sub pena prestiti iuramenti per Sex de regimine creari et eligi facere unum Massarium de civitate Terami qui sit bone etatis et conscientie, cuius officium duret per annum unum qui massarius debeat facere Inventarium de omnibus rebus et bonis mobilibus et stabilibus dicte universitatis et que essent in comuni, videlicet de armis et massaritiis communis, libris actorum et condempnationibus et aliis iuribus et rebus communis in quibuscumque et qualitercunque consistant. Et semper debeat assistere Judici ut iura communis conserventur

stati acquistati dai Teramani tutti nell' antecedente secolo XIV e di tali acquisti esistono tuttora i documenti nell' Archivio comunitativo della nostra città. Difatti per Poggio-Cono vi si veggono istrumenti di vendita del 1352 e del 1353 (*Atti de' Priv.*, n. 31 e 33) e due regii diplomi del 1353 (*Atti de' Princ.*, n. VII e IX); per Riparattieri un Inst. del 1363 (*Atti de' Priv.*, n. 39) e due diplomi reali dello stesso anno (*Atti de' Princ.*, n. XI e XII). Riguardo a Melatino v' è un diploma del 1368 (*Atti de' Princ.*, pergam. n. XIV).



procurentur et manuteneantur. Et quod in fine officii cuiuslibet capitanei Judicis et notarii capitulorum requirere debeat omnia et singula que capitaneus ipse Judex et notarius capitulorum ad manus suas habuerunt de bonis massaritiis communis predicti et per Inventarium ipsis officialibus tempore Introytus eorum officii assignare et per Inventarium recipere ab eisdem, quod inventarium ipse Massarius in fine sui officii assignari debeat in officio successori per manus publici notarii inde rogati ad hoc ut iura communis per negligentiam defraudari non possint. Qui Massarius recipere debeat et habere pro suo salario et labore de ere et pecunia dicte Universitatis anno quolibet libras decem.

### *De cathasto appretii penes quondam probum virum deponendo - Rubrica XLIX.*

Assisiam facimus quod cathastum appretii hominum civitatis Terami deponatur penes quendam probum virum de civitate predicta qui sit homo fidelis idoneus et legalis de cuius fide et legalitate universitas plus confidere possit, per quem ipsum cathastum ostendi debeat singulis de civitate predicta videre nolentibus. Qui probus vir eligi debeat per consilium civitatis predicte.

### *Quod forenses non descripti in quaterno focculariorum conferant in quartutiis et gabellis - Rubrica L.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli forenses habitantes in Teramo et districtu non descripti in quaterno focculariorum dicte civitatis seu non scribentes onera personalia in dicta civitate sicut cives subeunt, vel non facti cives et exempti pro comodo et utilitate universitatis predicte teneantur solvere et respondere in quartutio[1] gabellotis omnibus de quacunque mercantia sicuti

[1] Di qui si scorge che la gabella del Quartuccio pagavasi sopra ogni mercanzia, mentre il Rezasco (*Diz. stor. ammin.*) la crede posta solo sul vino, sull'olio, sulla carne e sul pesce. Vedi inoltre ciò che è scritto su questo proposito nel nostro *Studio* intorno a questi Statuti, *Parte VI economica, Tributi*.

alii forenses non habitantes cum eorum mora sit voluntaria et soliti relinquere civitatem.

### *De quaternis focalariorum fiendis - Rubrica LI.*

Assisiam facimus quod anno quolibet de mense septembris Judex civilium qui pro tempore fuerit fieri faciat duos quaternos focalariorum in quibus omnes et singuli de Teramo et districtu eius iuxta eorum facultates scribantur et ponantur pro sano [1] medio vel quarto fumante [2] pro ut correptoribus focalariorum una cum quatuor hominibus de qualibet commestabilia ordinari videbitur et unus dictorum quaternorum sit pro recollectione salarii offitialium et alius pro recollectione aliorum obsequiorum, ita quod unusquisque de Teramo et eius districtu iuxta faccultatem conferat in salariis officialium et aliis obsequiis [3] que in Teramo pro focularia imponuntur.

### *Quod collectio collectarum cabelletur - Rubrica LII.*

Item Assisiam facimus pro exgravatione pauperum et miserabilium personarum quod omnes et singule collecte de cetero in civitate terami imponende et recolligende anno quolibet in cabellam concedantur uni vel duobus probis hominibus pro minori pretio quo fieri

---

[1] Notisi qui *sano* per intero, voce dialettale che in buona lingua usasi soltanto nella frase *di sana pianta*. V. Rigutini, *Vocabolario*.

[2] Si allude qui a quella tassa che ora diremmo del focatico, ch' era allora generalmente personale e che pagavasi dai Fumanti. cioè dai tenenti fuoco per sè. Però in alcuni luoghi delle Marche, nota il Rezasco (*Diz. stor. ammin.*). la gabella dei Fumanti era regolata secondo l'avere; così chi possedeva per cinquanta lire colà si tassava come Fumante intero, chi aveva meno per mezzo Fumante o per un quarto. Questa rubrica ci mostra che anche in ciò. siccome in altre cose (viste pure in altri luoghi di questi Statuti). avevamo comunanza di costumi coi vicini Marchegiani. Non appare qui intanto a quale somma ammontava il nostro Fumante. V. pure ciò che dicemmo altrove, *Studio ec., Parte VI economica, Tributi*.

[3] Lo stesso che *Fazione*, di cui diremo alla 2ª nota della Rubrica CLVIII del libro IV.



poterit in consilio civitatis eiusdem per civitatem ipsam trino bampnimento premisso. Qui collectores sive exactores sint utique fidedigni idonei et legales et nichilominus ponant sive prestent fideiussoriam cautionem idoneam de fideliter colligendo et exigendo collectas easdem et de resignando totam pecuniam cuiuslibet collecte in tempore debito et inde ad mandatum Judicis reponere debitam rationem.

### *Quod Erarii depositarii et Camerarii legant introytus et exitus - Rubrica LIII.*

Item assisiam facimus quod quilibet Erarius depositarius et Camerarius Universitatis Terami in principio cuiuslibet officii. Sex de Regimine, videlicet infra quatuor dies ad tardius a die introytus eorum officii computandos legat et vulgarizet [1] Judici causarum civilium qui pro tempore erit in presentia dictorum Sex tunc regentium et aliorum proxime preteritorum omnes et singulos introytus proventus et exitus ad manus suas perventos. Et in ipsorum presentia dicat et recitet si quam fraudem forsitan sciret sentiret vel audivisset quomodolibet commissam et modum fraudis particulariter pro ut fuerit ad penam unius uncie de facto etiam sine Judiciario ordine per Judicem exigendam. Et si ipse Judex in his commiserit aliquam negligentiam vel defectum ipso facto unius uncie vice qualibet penam incurrat. Item quod ipsi depositarii Erarii et collectores vel alii quicumque pro tempore tenentes pecuniam debitam ipsi Universitati vel in qua ipsa Universitas Jus pretenderet non debeant dare tradere vel assignare pro altera pena quem esset aut per interpositam personam

---

[1] Potrebbe tal verbo significare che il Cassiere traducesse in volgare le partite de' conti comunali, scritti, giusta l'uso d' allora, in latino. Ma intendendo in quei tempi tutti il latino e massime un Giudice, è uopo credere che il *vulgarizet* sia qui adoperato nel senso (registrato ancora nel *Vocabolario italiano*) di spiegare, rendere accessibile ai profani de' numeri i calcoli degli erarii.

nec aliquo alio quesito colore absque deliberatione et voluntate ipsorum Sex qui pro tempore erunt et aliter quod erit ordinatum et provisum per ipsos Sex qui pro tempore fuerint, quod si forsitan contrarium fieret per aliquem de predictis et in aliquo premissorum, perdat quod dederit nec tempore rationis sue reddende sibi admictatur. Et si positi ad ratiocinia contrafecerint non valeat quod factum erit. Et ipsi raciocinatores nomine pene teneantur ad tantundem quod exigatur de facto per Judicem causarum civilium iudiciario ordine non servato.

### *De collectis quomodo imponantur et recolligantur. Rubrica LIV.*

Assisiam facimus quod omnes et singule collecte que pro tempore in Teramo imponentur taxentur et recolligantur per extimam et libram secundum appretium cuiuslibet. Exceptis illis que imponerentur pro salario capitanei et eius curia et salario Judicis ad civilia et eius notariorum et salario medici[1] que per focularia imponantur et recolligantur. Et nulla collecta tassari possit imponi sive recolligi in Teramo et districtu nisi in parlamento deliberatum et reformatum fuerit, quod parlamentum congregari et fieri debeat in loggia[2] palatii civilium dicte civitatis vel alibi ubicumque consilio vel Sex de regimine, qui fuerint pro tempore, visum fuerit. Et fiat diebus dominicis vel aliis diebus festivis nisi necessitas urgeret, quo casu fieri possit etiam aliis diebus. Et bampniatur ante et retro maiorem ecclesiam aprutinam,[3] una die pro altera et in sero per totam

[1] Vedasi come nel nostro Comune in que' remoti tempi godeasi uno de' migliori vantaggi de' nostri. Difatti insino all'epoca presente si desiderò un medico cosiddetto condotto: mentre questi Statuti ci dimostrano che il nostro Municipio avea fin d'allora stabilita una somma per quell'ufficio.

[2] Vedi su questa loggia il nostro *Studio, Parte X edilizia, Palazzi pubblici.*

[3] Cioè nelle due piazze maggiori della città che stanno appunto innanzi e dietro il nostro Duomo. V. sulle piazze ciò che scrivemmo nello *Studio* intorno a questi Statuti, *Parte X edilizia, Piazze.*



civitatem in locis publicis et consuetis. Et Judex et notarius capitulorum dent operam quod homines ad dictum parlamentum veniant ut locus ille in quo fiet sit plenus hominibus pro ut melius fieri potuerit, ad hoc ut omnes sciant facta et conditiones ipsorum. Et si aliter fieret taxatio et impositio collecte non teneat. Collecte vero generales sive regie, salarium Capitanei et salarium Judicis et notariorum eius cum debite et consuete sint imponi possint et taxari in consilio triginta sex hominum. Et quod supradictum est de collectis, que taxentur imponantur et recolligantur per extimam et libram intelligatur de collectis regiis sive generalibus. Salaria vero officialium taxentur et recolligantur per focularia.

### *Qualiter collecte exigantur a forensibus et ab illis qui res allibratas in cathasto Terami personis privilegiatis alienaverunt - Rubrica LV.*

Assisiam facimus quod quilibet forensis extraneus vel absens a civitate et districtu Terami, habens in ipsa Civitate vel districtu aliqua bona stabilia appretiata in Cathasto Terami, teneatur et debeat ponere et relaxare unum responsorem qui solvat pro ipso forense extraneo vel absente collectas in ipsa civitate imponendas et recolligendas, quod si non faceret, collecte ipse pro huiusmodi bonis exigantur et exigi possint et debeant ab illis qui bona ipsa conducta vel ad laboritium[1] retinerent in partem vel in totum. Et similiter collecte pro arboribus existentibus in possessionibus alienis exigantur a dominis possessionum. Item si aliqua persona aliqua bona stabilia alienaverit in clericum vel quamcumque aliam personam privilegiatam quocumque alienationis titulo a quo clerico vel alia persona privile-

[1] *Opus agriculturæ, vel quodvis aliud,* spiega a questa voce il Du Cange. Qui si parla di coloro che teneano le terre per fine di lavorarle. V. anche il *Diz. stor. amm.* del Rezasco alla voce *Lavorerio,* che vi è interpretata per « Lavoro ordinato dal pubblico, Opera pubblica. »

giata haberi non possent, ille vel illa qui vel que sic alienaverit pro ipsis bonis sic alienatis collectam solvere teneatur et talia bona de eius appretio non eleventur, sed semper sibi appretietur et in ipsius alienantis appretio describantur ut recollectiones fiscalium pecuniarum non minuantur nec retardentur.

*Quod Rationatores collectarum adducant et legant in publico rationes collectarum - Rubrica LVI.*

Assisiam facimus quod Rationatores qui in civitate Terami qui pro tempore fuerint ad rendendum et requirendum rationem de collectis in dicta civitate impositis et recollectis sive imponendis et recolligendis residua que ipsis rationatoribus per commestabulos sive collectores assignarentur teneantur reducere et publice legere in consilio Terami. Nec possint dicti rationatores liberare ipsos comestabulos sive collectores a dictis residuis assignatis sine deliberatione dicti consilii. Et si predicti rationatores contrafecerint solvant vice qualibet Universitati Terami pene nomine soldos centum. Item quod rationatores predicti teneantur et debeant singulis sex mensibus infra mensem videre et calculare rationem Camerariorum collectorum depositariorum et quorumlibet aliorum exigentium sive retinentium collectas condempnationes et alias subventiones et onera sive munera et pecunia Terami a die functorum officiorum. Et restantia scribi facere in quaternis depositariorum pena librarum quinque pro quolibet contrafaciente et vice qualibet universitati Terami applicanda.

*Quod Judex reparari faciat muros civitatis - Rubrica LVII.*

Assisiam facimus quod Judex civitatis Terami, qui pro tempore fuerit teneatur et debeat reparari facere muros civitates Terami ubicumque ipsi muri diruti fracti sive ruinati essent expensis dicte Universitatis sub religione sui prestiti Juramenti. Item quod quilibet



Judex tempore sui officii secundum discretionem teneatur facere fieri sive duplicari muros ubi melius et magis necessarium videbitur consultatione consilii habita saltem per centum passus sub vinculo sui prestiti Juramenti et pena viginti quinque librarum qua (*sic*) pro dicta universitate Camerarius retineat de salario dicti Judicis, nisi per consilium aliter deliberaretur.

*Quod Judex scribi faciat Assisias de novo fiendas. Rubrica LVIII.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex qui pro tempore fuerit in Civitate Terami teneatur facere et curare quod omnes Assisie de novo fiende in posterum in dicta civitate scribantur in presenti volumine Assisiarum Terami. Et si quis dictorum Judicum negligens fuerit teneatur solvere Universitati Terami libras decem.

*De non rumpendo aliquam assisiam in parlamento formatam - Rubrica LIX.*

Assisiam facimus et constituimus quod nulla assisia civitatis Terami tam inserta in presenti volumine quam etiam deinceps formata sive formanda in parlamento civitatis eiusdem possit nec debeat rumpi cassari tolli annullari sive suspendi in aliquo parlamento sive consilio civitatis eiusdem usquequo predicte assisie per assisiarios, more solito renovarentur et corrigerentur. Et si aliqua ipsarum assisiarum aliter quod supradictum est in aliquo parlamento vel consilio rumperetur cassaretur tolleretur annullaretur sive suspenderetur ipsa cassatio sublatio annullatio sive suspensio nullius sit valoris roboris vel momenti. Et Judex qui pro tempore fuerit teneatur vinculo sui prestiti Juramenti tenorem presentis .assisie facere observari et si negligens fuerit solvat vel perdat de suo salario applicandas Universitatis Terami vice qualibet libras decem. Et quilibet arrengans contra predicta teneatur vice qualibet ad pe-

nam centum soldorum. Et quia assisie non possunt sepe congruis tractatibus et iustis distinctionibus ordinari, quelibet assisia ubicumque scripta est suum vigorem obtineat nec occasione preposterationis vel loci corrigatur vel annulletur.

### *De Juratis modo infrascripto fiendis - Rubrica LX.*

Assisiam facimus quod Judex causarum civilium et notarius capitulorum quilibet in principio sui officii fieri faciat spetiales iuratos intus civitatem discretos sapientes et actos ad referendum defectus excessus sive crimina et delicta que in ipsa civitate commicterentur contra formam assisiarum dicte civitatis. Et unus numerus iuratorum referre debeat excessus et delicta contenta in decem assisiis tantum. Alius numerus contenta in decem aliis. Et sic successive in omnibus aliis assisiis ut eorum memorie que facere habeant facilius et melius commendentur, quorum iuratorum officia durent per annum et non ultra finiendum et renovandum de mense septembris. Et de ipsis iuratis fiat spetialis et secretus bastardellus [1] sive quaternus in quo eorum nomina secrete scribantur et secreta teneantur. Ac etiam assisie, quibus ad referendum positi sunt in ipso quaterno sive bastardello cura ipsorum nomina sub brevitate signantur apponantur de decem in decem assisiis ut referre tenentur ipsumque quaternum secretum et sigillatum in pendenti suis in officio successoribus assignent per annum integrum duraturum sub pena eorum prestiti iuramenti.

[1] A questa parola pone il Du Cange la seguente dichiarazione: *Charta fugitiva deletilis; Hispanis* Bastardelo. Risponde, giusta un esempio presso lo stesso Du Cange, alla voce italiana *stracciafoglio* esprimente il « quaderno che i mercanti tengono per semplice ricordo, notandovi le partite prima di scriverle ne' libri maggiori, » come spiega il Vocabolario.



### *De yconomis maioris ecclesie aprutine et aliarum ecclesiarum Terami annis singulis in generali consilio eligendis - Rubrica LXI.*

Assisiam facimus quod singulis annis de mense ianuarii in generali consilio dicte civitatis Terami eligantur duo yconomi et procuratores laici deputandi Maiori ecclesie Aprutine et duo per quamlibet infrascriptarum ecclesiarum et locorum de Teramo, videlicet Sancti Augustini, Sancti Dominici, Sancti Francisci et beati Benedicti de Teramo [1] qui teneantur . . . . . introytuum et bonorum et pertinentiarum (?) Terami (?) et pecuniarum pro fabrica relictarum et aliarum rerum ipsarum ecclesiarum. Qui quidem yconomi et quilibet eorum ad finem anni, videlicet per totum mensem Januarii anni tunc proximi futuri de eorum yconomatu gestione et administratione teneantur et debeant per manus et iudicium racionatorum universalium dicte civitatis reddere rationem et reliqua sive residua restituere sive reponere in manibus successorum. Et quilibet dictorum yconomorum habeat quaternos ordinatos introytuum et exituum ad commoda dictarum ecclesiarum qui scribantur, vel saltim (*sic*) subscribantur manibus dominorum episcoporum aprutinorum vel eorum vicariorum aut Judicum vel notariorum capitulorum dicte civitatis. Et pro observantia dicte assisie Judex et notarius capitulorum dicte civitatis et eorum quilibet sint solliciti in predictis, ut predicta serventur et fiant ita et taliter quod infra dictum mensem Januarii observentur et fiant sub pena eorum prestiti iuramenti et librarum vigintiquinque denariorum applicandorum officio camera-

[1] Queste chiese esistono tuttora in Teramo. Deve però notarsi che la prima fu rifatta tutta a nuovo in questi ultimi anni e che S. Domenico, un vasto e bello sebben semplice monumento del secolo XIII, fu tramutato in caserma. S. Francesco, anch'essa restaurata testè, dicesi dal popolo S. Antonio. S. Benedetto è la chiesa detta comunemente dei Cappuccini, i quali vi stettero fino al 1864.

riatus civitatis predicte. Et ad cautionem premissorum omnium et singulorum quilibet de populo dicte civitatis favore ecclesiarum admictatur.

### *De ornamentis mulierum - Rubrica LXII.*

Assisiam facimus et perpetuo ordinamus quod nullus et nulla de Civitate Terami eiusque districtus cuiuscumque gradus status et conditionis existat audeat vel presumat aliquo quesito colore expendere circa mulieres tam ducendas quam ductas, seu facere aliquas expensas pro ornamentis mulierum tam in vestimentis quam in corrigiis seu aliis rebus pro capite seu quibuscumque pro ipsa muliere ultra medietatem dotis ipsius mulieris, ita quod in argentis nulla mulier possit portare supra se in quacumque specie ultra unam libram argenti nec etiam possit portare ultra tres uncias de perulis [1] ita quod omnibus consideratis tam in perulis argentis vestimentis quam aliis quibuscumque pro ipsa muliere et ornatu mulieris nullus possit expendere ultra medietatem dotis ipsius omnibus computatis quod nullus et nulla de dicta civitate districtu ex parte mulieris possit et valeat donationes propter nuptias facere in maiori quantitate quam triginta pro centonario et in maiori summa pro rata. Item quod nulla mulier [2] et eius districtu audeat vel presumat frappas [3] portare et ipsis frappis uti nec et alicui sit licitum ipsas frappas facere seu fieri facere pro ipsis mulieribus. Item quod de Teramo nulli vel eius districtu ex nunc in antea de novo liceat divisas facere in calcis corneis [4] et aliis vesti-

[1] *Perula* in buon latino è diminutivo di *pera* e l' adopera Seneca in senso di taschetta. Qui barbaramente tal voce sembra posta per *perla*. Non si dee tacere però che in altro luogo (lib. IV, Rub. LVI) pare adoperarsi per *perla* la voce *perna*, che nel latino di Plinio significa *madreperla*.

[2] Qui manca *de ipsa civitate*.

[3] Il Du Cange a questa voce scrive: *Vox italica* Lemnisci, cioè nastri.

[4] La frase *de novo.... divisas facere in calcis corneis et aliis vestimentis* non ci appare ben chiara per cagione della parola *calcis*; ma il senso generico non sembra dubbio, esprimendo essa, a parer nostro, il divieto



mentis quibuscumque cuiuscumque manerii [1] divisarum in civitate Terami et eius districtu, ut deus disperdat ab hac Civitate omnes divisiones et semper in summa pace tranquillitate et unione nos conservet. Nisi solummodo quod usque ad festum assumptionis gloriosissime virginis marie de mense augusti proximi futuri presentis anni XIII Indictionis [2] unicuique liceat divisis iam factis in calcis corneis seu aliis vestimentis uti et frui. Sed a dicto die in posterum amplius non posset uti nec alicui liceat portare dictas divisas iam factas nec de novo faciendas. Et qui vel que contrafecerit in predictis et quolibet predictorum casuum in generali vel in specie quocumque et qualitercumque ipso facto et ipso iure in penam unius uncie auri applicandam universitati Terami et per offitiales exigendam inremissibiliter nullo iure ordine reservato omni meliori modo et esse pro ut in generali parlamento dicte Civitatis predicta celebrata fuerunt sub potentia domini Capitanei acceptatis et confirmatis ut pro assisiis habeantur et perpetuo valeant et teneant.

di portare sulle vesti qualsiasi segno di fazione, siccome faceasi per lo passato (giusta indica la frase *de novo*), allorquando in Teramo infierivano le parti. Difatti in quanto al lato filologico della frase, diremo che il Du Cange c' insegna che *Divisa* è *Vox italica* significante *Vestis bicolor* che distingue, secondo il Vocabolario italiano, « la qualità e il grado di chi la porta. » In quanto poi al lato storico della medesima, noteremo che i nostri Cronisti (il Muzii, il Palma, ec.) ci narrano che intorno al 1450 (nel quale anno fu compilata la presente Rubrica) scorse un periodo di pace in Teramo, mentre nell' epoca antecedente ardeavi la guerra civile. Scendendo poi ai particolari, diremo che, sebbene non abbiam rinvenuto nei Dizionari della media ed infima latinità, nè in quelli della più alta, alcun significato (se pur non vogliasi leggere *calceis corneis*, scarpe di corno, lezione poco probabile) che possa convenire alle parole *in calcis corneis* (due volte ripetute nella stessa forma in questa rubrica e perciò difficilmente erronee), pur dal seguente inciso *et aliis vestimentis* si trae con certezza trattarsi qui di vesti, le quali ora noi non sapremmo meglio specificare. Vedi pure ciò che diciamo nello *Studio* su questi Statuti alla *Parte IV etica, Indumenti maschili*.

[1] *Manerii* appar qui uno strano barbarismo rispondente all' italiano *maniera*.

[2] Cioè nell' anno 1450, siccome si dice espressamente in fine della seguente rubrica.

### *Quod nemo audeat infrascripto modo se transformare nec ludis infrascriptis ludere - Rubrica LXIII.*

Item assisiam facimus et perpetuo ordinamus ac statuimus quod nulli de Civitate Terami et eius districtu cuiuscumque status gradus conditionis et peremineutie existat liceat facere seu fieri facere seu portare aliquo quesito colore larvas cifernos[1] viserias et strigas[2] in festivitatibus carnisbrivii[3] seu in aliis festivitatibus et diebus quibuscumque nec visum velare sive alio quovismodo visum seu personam transformare de masculino ad femininum seu de layco ad clericum monacum seu fratrem vestibus mulierum clericorum fratrum et monacorum utendo in quibuscumque ludis seu locis laycalibus ita et taliter quod ex nunc in antea nullus de civitate Terami et eius districtu cuiuscumque gradus existat, possit et valeat se ipsum transformare seu velare quomodocumque et qualitercumque et in quocumque genere transformationis. Et similiter nullus de Civitate Terami et eius districtu audeat vel presumat ex nunc in antea facere castellum in platea prout antea solitum erat[4] nec alibi. Nec etiam audeat facere ludum

[1] Tale voce non trovasi nel Du Cange, ma deve additare, come appare dal contesto, una specie di maschera; neppure v' ha parola nel nostro dialetto che le somigli.

[2] Il Du Cange per quarto significato di questa parola pone: *Genus vestis.*

[3] Lo stesso spiega tal vocabolo così: *Tempus quo carnibus* PRIVARI *et ab eis abstinere incipiunt Fideles, ante jujunia Quadragesimæ.* Su queste astinenze più rigorose e anteriori a quelle ingiunte nella Quaresima e che compievansi appunto nei giorni di Carnevale, vedi anche il MURATORI, *Antich. ital.*, Dissert. 72ª.

[4] Questa frase ci ricorda le feste cittadine narrate dal Muzii (*St. di Teramo*, ms., Dial. III) e che si celebravano ancora a' tempi suoi nella metà del secolo XVI a memoria della distruzione popolare della casa del tirannello Antonello di Valle trucidato nel 1390. « Il magistrato ordinò, » scrive quello storico, .... si fabbricasse un casteilo di legname, e che » ogni anno, nell' ultimo giorno di Carnevale, dai macellari, colle inte- » riora, e sterco di animali vi si facessero combattimenti: avendo con- » tinuato tale combattimento fino al tempo che io era fanciullo. » Da ciò si può argomentare che anche in Teramo si verificava allora il proverbio torinese *Ordin del Comun, ordin di nissun*, perocchè un secolo e più dopo la promulgata legge il barbaro e sozzo costume durava tuttora.



in tribio ut solitum erat projiciendo cinisas[1] ludum[2] cencios[3] ignem seu carbones seu quecumque alia turpia projicere. Et quod etiam non possit fieri ad nivem cum palloctis[4] seu alio modo ut evitetur scandalum quod ex dictis ludis possit prout ex eis risse et maxime discordie inter cives in hac civitate actenus evenerunt ut omnino removeatur causa propter quam tristis exitus solet evenire, sub pena[5] uncie pro quolibet contrafaciente pro qualibet vice et in quolibet casu predictorum ipso facto exigenda omni iuris ordine pretermisso, pro ut similiter in dicto parlamento extitit ordinatum et reformatum ac confirmata fuerunt omnia supradicta per dominum capitaneum tunc presentem et volentem. Sub anno domini MCCCCL die VII Aprilis XIII Indictionis, tempore dominorum de Regimine, videlicet domini Antonuctii, Jannis Cerrecte, Marini montanarii, Assentii Archangeli, Georgii cicchi vitalis et Petri rubei, Sex deputatorum pro duobus mensibus.[6]

[1] *Cinisa*, del vernacolo latinizzato, cioè *cinigia, cenere calda.*

[2] Qui *ludum* per *lutum, fango.*

[3] Altro barbarismo indicante i cenci o stracci.

[4] Cioè lottare con pallottole di neve, come fanno tuttora i nostri monelli.

[5] Manca qui probabilmente la parola *unius.*

[6] Queste due ultime rubriche di questo primo libro degli Statuti teramani, come dimostrano e la diversità de' caratteri nell' originale e l' epoca quivi segnata del 1450, furono aggiunte posteriormente in forza delle disposizioni contenute nella Rubr. LVIII del lib. I e crediamo fossero provvisioni straordinarie e rispondenti solo all' attuale necessità di ristabilire la pace tanto turbata in que' tempi. Può quindi stimarsi tornassero le maschere e le feste col ritorno della tranquillità pubblica. Questo anno cadde durante il periodo scorso dal 1444 al 1458, nel quale Teramo, libero dalla signoria feudale, godè buona pace sotto il regno di Alfonso di Aragona, dopo aver patite per lo innanzi molte sciagure per l' infuriar delle fazioni. Si è per ciò, crediamo noi, che i nostri legislatori in queste due rubriche provvedevano sapientemente contro il possibile ritorno degli allora passati dissidii. Questi però tornaron più fieri dopo il 1450. V. MUZII, Dial. IV.

# RUBRICE LIBRI SECUNDI SUPER CAUSIS CIVILIBUS.



[1] Dopo di questa rubrica l' amanuense dimenticò di porre il titolo della seguente ed ultima Rubrica XIX. Però nel Codice originale esso vi è aggiunto da mano del secolo XVI e compendiato in questa forma: *Quod pro nullo facto civili adiri liceat Capitaneum.* Rubrica XVIIII.



RUBRICE FINIUNT

# INCIPIT LIBER SECUNDUS.

## *De auctoritate iudicis super civilibus causis - Rubrica I.*

Assisiam facimus quod iudex civitatis Terami qui pro tempore erit auctoritatem habeat et plenariam potestatem in audiendo congnoscendo procedendo prosequendo decidendo finiendo et per suam sententiam terminando secundum formam assisiarum Terami et in earum defectu secundum formam sacri regni constitutionum et ubi constitutiones ipse non loquerentur secundum iura communia et lombardorum [1] quascumque lites contraversias questiones et causas que coram eo inter quascumque personas cives vel accolas aut comitatenses Terami seu etiam advenas et forenses pro quibuscumque rebus quibuscumque occasionibus verterentur et agitarentur et que ratione originis civilitatis et domicilii seu et celebrati contractus vel patrati delicti ad forum et curiam Terami spectarent et pertinerent. Et processus sic facti et sententie ex inde secute valeant et plenam obtineant roboris firmitatem.

## *De iure reddendo in civilibus causis - Rubrica II.*

Assisiam facimus quod Judex Terami qui est et pro tempore erit teneatur et debeat ad minus ter in ebdo-

[1] V. nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte II giuridica*, § 1, ciò che diciamo intorno alle varie leggi dominanti allora in Teramo.

mada, videlicet, singulis diebus lune mercurii et veneris de mane hora tertia sedere ad tribunal curiam regere et ius reddere in civilibus causis quibuscumque petentibus et eorum petitiones et querelas recipere et audire super ipsis procedere prosequi finire et fine debito terminare, quod locum habere volumus in iurisdictione autem voluntaria, ut puta in interponendo decreta sedere possit et debeat ad petitionem quorumcumque petentium singulis diebus et horis etiam in honorem dei feriatis si necessitas suaderet.

*De libeli oblatione et ordine procedendi in maioribus causis civilibus - Rubrica III.*

Assisiam facimus quod in causis civilibus maioribus unius uncie quantitatem seu valorem excedentibus per Judicem Terami via ordinaria procedatur hoc modo, videlicet, quod citato reo ad petitionem actoris in termino citationis ipso reo in iudicio presente per actorem libellus Judici offeratur contra ipsum reum in se continens rem causam quantitatem rei petite et alias solemnitates et substantialitates requisitas de quo eodem reo per ipsum actorem fidelis copia detur, qua lecta et ascultata cum suo originali et per Judicem admisso libello, statuatur reo terminus ad secundam diem iuriticam, tunc proxime futuram ad reddendum ipsi libello et opponendum quascumque exceptiones dictus reus opponere voluerit, quibus exibitis et per Judicem admissis similis terminus ad replicandum actori statuatur. Et idem modus in duplicando et triplicando servetur si duplicare et triplicare voluerint. Factis autem triplicationibus vel per partem fieri obmissis procedatur ad litis contestationem. Et prestito per partes iuramento de calumpnia soluta trigesima detur terminus utrique parti ad producendum ponendum et probandum de Juribus eorum decem dierum tunc proxime futurorum vel maior si causa fuerit ponderosa et Judici videbitur et equitas suadebit infra quem ipse partes producant



eorum iura et articulos positiones sive capitula quibus responderi debeat per principalem tanquam de veritate melius informatum qua responsione facta supra non creditis recipiantur testes et probationes in forma curie consueta, quibus receptis et examinatis, apertis et publicatis attestationibus et toto processu statuatur terminus utrique parti ad accipiendum copiam de productis et probatis hinc inde et ad apponendum cum ea quinque dierum tunc proxime futurorum vel maiori arbitrio Judicis iuxta cause exigentiam. Tandem procedatur ad alios actus in causa necessarios et opportunos et ita diligenter et sollicite Judex se habeat in predictis quod ipsas civiles causas infra spatium duorum mensium a die contestate litis computandorum per diffinitivam sententiam terminet et decidat, qui si negligens fuerit in predictis vel per eum steterit, quo minus dicte cause ut supra dictum est terminentur, penam incidat vice qualibet unius uncie camere universitatis Terami applicande. Si vero steterit per aliquam partium vel eius procuratorem ad eandem penam ipsa pars universitati Terami teneatur et per Judicem vice qualibet condempnetur. Si autem reus conventus contumax fuerit peremptorie citatus ad certam diem et horam eius contumatia incusata et ipso convento contumace per Judicem reputato facta petitione per actorem apud acta curie continentem rem causam et quantitatem rei petite et prestito iuramento de calumpnia, soluta trigesima inducatur ponatur et immictatur ipse actor in tenutam [1] et corporalem possessionem bonorum ipsius conventi videlicet, primo mobilium secundo stabilium tertio nominum debitorum ex primo decreto pro insertione (?) debiti declarati et expensis factis in causam, quam quidem tenutam conventus recuperare possit si gravatum se diceret faciendo citari actorem et eidem reficiendo medietatem expensarum factarum in causa infra

---

[1] Nel Du Cange non v'ha a questa voce un significato che si attagli a questo luogo. Ma qui il senso è ovvio: *tenuta* appare il sequestro.

terminum XXX dierum tunc proxime futurorum a die pronunctiationis et commissionis tenute in antea successive computandorum. Elapsis vero dictis triginta diebus et postea quemcumque possint ipse res et bona in tenutam accepta vendi et in solutum et pagamentum dari dicto actori hoc modo, videlicet, quod ad ipsius petitionem commissione Judicis fiant de ipsis rebus et bonis sic in tenutam acceptis tria generalia bampnimenta divisis diebus, videlicet, per intervallum duorum dierum unum ab alio per loca publica et consueta dicte civitatis, quod si quis emere vellet ipsas res et bona compareat infra terminum dictorum bampnitorum, et offerat pretium, quia plus offerenti dabuntur et tradentur. Et si in ipsis terminis aliquis compareret plus offerens ipsi plus offerenti ipse res et bona sic in tenutam accepta dentur et concedantur. Et si pretium pro ipsis rebus oblatum et datum plus esset quam quantitas rei petite et expensarum in causa factarum, illi plus detur et consignetur ipsi reo et in eius absentia ad sui utilitatem deponatur penes idoneam et sufficientem personam. Si autem in dictis terminis nullus comparuerit offerens, adiudicentur in solutum actori predicto facta extimatione de ipsis rebus et bonis per duos bonos et legales homines ad id eligendos et ponendos, videlicet, unum pro parte actoris alterum pro parte conventi et in defectu conventi per ipsum iudicem. Et si plus extimaretur quam fuerit rei petite expensarum quantitas, illud plus restituatur sive conservetur ad utilitatem dicti conventi.

### *De modo et ordine procedendi in minoribus causis civilibus - Rubrica IV.*

Assisiam facimus quod in minoribus causis civilibus summam et quantitatem vel valorem unius uncie non excedentibus usque ad quantitatem medie uncie exclusive descendendo per Judicem Terami hoc ordine procedatur, videlicet, quod vocato reo in iudicio et facta



per actorem si reus sic fieri petierit simplici petitione per modum narrationis apud acta curie in se tantummodo continentie sine aliquibus aliis solemnitatibus et formalitatibus (??)[1] rem causam et quantitatem rei petite sive aliquid debere dari fieri vel prestari, Judex cogat sic conventum ad deliberate respondendum ipsi petitioni antequam a bancho discedat. Sed si diceret se non bene recordari vel aliquam excusabilem ignorantie causam alligaret, de cuius excusatione sit in arbitrio Judicis et vellet aliquem terminum ad se recordandum et ad deliberandum secum velit ne cedere tunc et eo casu statuatur terminus per Judicem sic convento ad accipiendum copiam et ad deliberate respondendum ad primam diem et horam Juris tunc proxime secuturam et interim ad se recordandum et deliberandum quia adveniente si conventus in iudicio se presentaverit et contenta in ipsa petitione confessus fuerit statuatur ei terminus decem dierum tunc proxime futurorum ad satisfaciendum creditori de petitis cui si non satisfecerit et mandatum iudicis sibi propterea factum contempxerit iterum per actorem vocatus si comparuerit, cogatur personaliter in palatio per iudicem ad satisfaciendum ubi detentus maneat donec satisfecerit suo creditori, unde si non satisfacto discesserit et Judicis mandatum neglexerit et per suum creditorem requisitus in dicto palatio repertus non fuerit stare detentus totiens per Judicem et notarium capitulorum mulctetur ad penam decem soldorum Camere Universitatis Terami applicandorum quotiens per suum creditorem requisitus repertus non fuerit stare coactus, que requisitio tantum bis in die fieri possit, videlicet, semel ante tertias et semel post meridiem usque ad tertium sonum campane que pulsatur de sero pro custodia civitatis. Si autem dictus

[1] Qui l'abbreviatura *sb'alitatibus* secondo i Codici diplomatici dovrebbe interpretarsi *substantialitatibus* che è una parola non reperibile. Nel Du Cange han luogo soltanto *substantialis* e *substantialiter*. Supponendosi una svista dell'amanuense, potrebbe leggersi, come abbiamo letto noi, *formalitatibus*.

conventus in dicto termino ad respondendum in iudicio non se presentaverit habeatur pro contumace et tanquam contra contumaces procedatur et cum ad petitionem actoris ad dationem pignoris sive tenute et ad alios actus incumbentes, ut infra de contumacibus continetur. A media vero uncia infra inclusive usque in quantitatem vigintiquinque soldorum exclusive hic ordo in procedendo servetur, videlicet quod reo in Jus vocato per actorem et eo in iudicio presente et confitente statuatur ipsi reo terminus quinque dierum tunc proxime futurorum ad satisfaciendum actori de petitis et confessatis quo termino elapso si non satisfecerit reus iterum vocatus et se in iudicio presentans cogatur et detineatur personaliter in palatio donec satisfecerit, unde si non satisfacto discesserit incidat penam vice qualibet qua per suum creditorem requisitus stare ut supra detentus repertus non fuerit quinque soldorum Universitati Terami applicandorum, servando in hoc etiam modum et ordinem suprascriptum. A vigintiquinque vero soldis infra inclusive latissimum sit iudicis officium et auctoritas tam in procedendo quam etiam in exequendo decidendo summarie et de facto etiam sine aliqua scriptura et omni iuris ordine pretermisso ut negotii qualitas suaserit et ipsi Judici convenire videbitur. Si autem debitor reus sive conventus ad certam diem et horam per actorem sive creditorem citatus non comparuerit set potius contumax eo in iudicio gridato et clamato contumax reputetur et contra eum tanquam contra contumacem procedatur hoc modo, videlicet quod eius contumatia incusata iuramento de calumpnia prestito, et soluta trigesima per actorem quum deberetur trigesima commictatur pignus sive tenuta ipsi actori consignanda per baiulum in et de bonis dicti debitoris primo mobilibus secundo stabilibus tertio de debitorum nominibus pro mensura debiti et expensis factis in causa, quod pignus sive tenuta stet penes creditorem decem diebus proxime futuris tunc a die commissionis facte in antea computandos quum res petita esset



quantitatis vel valoris unius uncie vel ab inde infra usque in quantitatem sive valorem vigintiquinque soldorum exclusive tunc stet pignus penes creditorem quinque diebus a die commissionis pignoris successive connumerandis. Elapsis vero dictis terminis liceat ipsa pignora sive tenutas vendere ad incantum sono tube ad banchum Judicis et dare plus offerenti, facto dicto incantu tribus divisis diebus de mane hora causarum et de pretio inde percepto satisfieri creditori pro mensura debiti declarati et expensarum factarum in causa. Et si quid superesset abinde conservare pro convenuto predicto. Si autem nullus offerens compareret in ultimo dicti incanti adiudicentur in solidum creditori secundum extimationem quam facerent duo boni et legales homines ad id ponendi unus videlicet per actorem alter per Judicem pro parte conventi semper quod a quantitate declarata et expensis superat restituendo debitori. Possint tamen dicti conventi eorum contumacias purgare et recuperare dicta pignora sive tenutas comperendo et citari faciendo ipsos actores et eisdem reficiendo medietatem expensarum factarum in causis sentiendo se gravatos infra terminum quinque dierum a die commissionis pignoris sive tenute connumerandorum, quo casu comparentes audiatur (*sic*) et pronunctietur in ipsis causis non esse ad ulteriora procedendum, sed de novo volentes agere possint. Et in ipsis causis ita Judex sollicite et diligenter se habeat et procedat quod eas infra quadraginta dies a die contestationis litis vel contumatie contracte terminet diffiniat et decidat, quod si non fecerit requisitus sed qui pro eo (?)[1] steterit penam incidat ipse Judex Universitati Terami centum soldorum vice qualibet applicandorum. Et similem penam incidat pars si negligens fuerit in predictis.

[1] Qui il testo ha « p̃c eũ, » che, non trovando noi in verun Siglario, abbiamo creduto interpretare nel modo suddetto, avendo più riguardo al senso che alla forma letterale. Giudichi del resto meglio il lettore.

### *De partitis fiendis in civilibus causis - Rubrica V.*

Maximum iuvamentum diffiniendarum litium Jusiurandum esse cognoscimus. Hac igitur Assisia statuimus et firmamus quod quotiescumque inter quoscumque de Teramo et districtu vel aliunde aliqua lis questio causa sive contraversia oriretur sive verteretur et esset de aliqua quantitate pecunie sive de quacunque alia re vel facto summam vel valorem medie uncie non excedetur quam vel quod actor proponeret et diceret sibi deberi vel fieri a quocunque convento et faceret partitum in iudicio dicto convento et sine aliqua scriptura de iurando aut referendo utrum petita per ipsum actorem contra eundem conventum vera sint, teneatur et debeat dictus conventus, dummodo petita contracta sint inter ipsos presentes, antequam a bancho Juris discedat capere ipsi partito et iurare vel referre, quod si dictus conventus facere distulerit vel recusaverit antequam a bancho discedat habeatur pro confesso et convicto et proinde contra eum procedatur ac si confessus in Judicio sponte fuisset. In causis vero maioribus summam et quantitatem sive valorem medie uncie excedentibus teneatur, si reus petierit dicendo se non bene recordari et quod vellet aliqualiter superesse et se informare et cogitare, facere partitum in scriptis et exibere copiam dicto convento continentem in se rem causam et quantitatem rei petite cum loco et tempore et aliis circumstantiis, quo facto ut dictus conventus se comode informari valeat et cogitare pro sue conscientie exgravatione supra dicto partito. Judex statuat terminum sic convento ad primam iuris vel ad secundam si negotium esset arduum ad capiendum ipsi partito, qui si infra terminum sibi statutum comparuerit et actori retulerit iuramentum, teneatur actor iurare et ut suo iuramento fore declaraverit ita procedatur, ut causa requirit procedi contra convinctos. Si autem ipse reus conventus capto partito iurando negaverit petita per actorem vera



fuisse et ipsum sic iurantem actor reprobare voluerit et petierit, reprobare eum possit infra terminum decem dierum tunc proxime futurorum sibi per Judicem statuendum, quem si infra ipsum terminum legitime reprobaverit per duos testes idoneos vel per alias legitimas probationes, incidat penam sic reprobatus vice qualibet unius uncie camere universitati Terami applicandam sine aliqua diminutione per Judicem exigendam. Et nichilominus teneatur ad satisfationem petitorum et expensarum factarum in causa. Sed si actor petens et incipiens reprobare infra dictum terminum non reprobaverit penam incurrat vice qualibet viginti soldorum de facto applicandorum universitati predicte et reus sic conventus sit ipso Jure ab instantia cause et observatione iudicii liberatus. Si autem infra terminum predictum convento ad capiendum partito statutum per Judicem partito non recipit habeatur pro confesso et convincto de omnibus in partito sibi facto contentis et ut in confessis contra eum procedatur. In causis vero medie uncie et ab inde infra usque in quantitatem viginti quinque soldorum exclusive si actor reprobare petierit scribantur succinte partitus apud acta curie et statuatur actori terminus quinque dierum proxime futurorum ad reprobandum infra quem si reprobaverit ultra satisfationem petitorum et refectionem expensarum fiendas actori incidat sic reprobatus penam unius augustalis.[1] Sed si actor reprobare incipiens et petens non reprobaverit incurrat penam vice qualibet decem soldorum de facto applicandam universitati predicte, et reus sic conventus nichilominus liberetur. Et quod supradictum est de partitis fiendis intelligatur de rebus dubiis inter presentes actis contractis. De rebus autem claris et manifestis et que liquidari possunt per publica documenta et alias autenticas scripturas et etiam de rebus inter alios actis et contractis de quibus conven-

[1] L'Augustale valeva 15 carlini, siccome dicemmo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Monete.*

tus verisimiliter potest pretendere et allegare ignorantiam dicta partita fieri non possint. Possit tamen quum conventus peteret in his talibus stare vellet et credere sacramento actoris pro decisione cause deferri actori Juramentum, quo casu Juratum ipsum loco habeatur plenissimo probationis. In causis vero viginti quinque soldorum et abinde infra in procedendo decidendo et terminando cum iuramento vel sine Judex plenum arbitrium habeat, in quibus etiam reprobandi iuramentum minime sit facultas.

*De citationibus in civilibus causis faciendis - Rubrica VI.*

Assisiam facimus et constituimus, quod ad petitionem et instantiam uniuscuiusque petentis sive sit civis et districtualis Terami sive forensis et accola citationes fieri possint et debeant per baiulos Universitatis Terami de quibuscunque hominibus et personis tam civibus et comitatensibus Terami quam etiam aliunde pro quibuscunque debitis et quibuscunque occasionibus hoc modo, videlicet quod in causis in quibus ordinarie proceditur fiant una die pro altera die proxime subsequenti personaliter vel ad domum habitationis rei sic citandi notificando familie sue si citandus ibi personaliter non interesset et si nemo esset in domo notificando vicinis ut ipsa citatio ad eius citandi notitiam verisimiliter pervenire possit qui sic citati relati per baiulum Judici vel actorum notario et clamati et gridati ad banchum Juris hora iuritica, non comparentes pro contumacibus habeantur et contra eos tanquam contumacibus procedatur in causis ad petitionem actorum vel actoris. Et citationes sic facte valeant et teneant etiam facte sine commissione Judicis et diebus feriatis pro non feriatis. Et similiter valeant et teneant munitiones que fierent per Judicem in quibuscunque causis et occasionibus quibuscunque. In causis vero forensium et vigintiquinque soldorum vel abinde sufficiat citatio personaliter facta eadem die pro eadem die et hora. Et sic



citati expectati per modicum intervallum et non comparentes pro contumacibus habeantur, et contra eos ad executionem petitorum et sequestrationem rerum mobilium, prout melius Judici convenire videbitur, procedatur. Et in omnibus casibus singulis et causis supradictis de citationibus stetur et credatur relationi baiulorum sine aliqua alia probatione. Si vero actor qui aliquem citari fecerit in termino citationis non se presentaverit reo citato se presentante et ipsius actoris contumaciam incusante teneatur actor ipsi reo uni vel pluribus sic citatis pro eorum interesse reficere duos soldos pro quolibet, ad quos reficiendos Judex de facto cogat ipsum actorem qui sic colludendo alios fatigavit.

*De terminis et dilationibus - Rubrica VII.*

Assisiam facimus quod termini et dilationes dati per Judicem in civilibus causis, quum ultima ipsorum dies cadit in diem feriatam extendantur et extensi intelligantur ad primam diem iuriticam tunc proxime subsequentem, que extensio tantummodo locum habeant in actitandis et producendis ad bancum Juris diebus iuriticis que aliis diebus produci et actitari non possunt. Item vero executionibus aliis que expediri etiam diebus feriatis termini et dilationes dati per Judicem non extendantur sed precisi sint in eorum instantiis.

*De procuratoribus dandis in civilibus causis.*
*Rubrica VIII.*

Assisiam facimus et firmamus quod in omnibus et singulis causis civilibus summam et quantitatem sive valorem medie uncie excedentibus quotiescunque per actorem sive reum peteretur sibi dari procuratorem in causa ad agendum et defendendum Judex qui pro tempore fuerit teneatur sic petenti ipsum procuratorem dare et percepire procuratori per quancunque partium petito qui ipsam procurationem acceptet et in causa

ipsa interveniat et patrocinium prestet recepta competenti mercede, nisi aliqua legitima causa excusetur et sit excusabilis, de qua remaneat in providentia et discretione Judicis congnoscendum, qui procurator sic per Judicem datus si post mandatum sibi per Judicem propterea factum negligens fuerit in predictis penam incidat vice qualibet Universitati Terami centum soldorum.[1] Et Judex qui predicta non observaverit similem penam incurrat. Et processus in huiusmodi causis factus post protestationem Judici factam de procuratore dando ut supra sine interventione dicti procuratoris in causa petiti reddatur inefficax etiam si in eo forent debite sollemnitates et ordo iudiciarius observati.

### *De compromisso inter convinctos fiendo - Rubrica IX.*

Assisiam in publico et generali parlamento[2] dudum factam presenti capitulo confirmamus de cetero inviolabiliter observandam. Qui quotiescunque aliquis civis comitatensis vel habitator Terami coram Judice qui pro tempore fuerit in Teramo peteret ab aliquo suo consanguineo vel affine sibi actinente usque in tertium gradum inclusive interpretandum secundum ius canonicum aliquam pecunie quantitatem sibi solvi vel quid aliud fieri vel prestari seu rem aliquam mobilem vel immobilem cuiuscumque valoris sibi restitui vel consignari cum vel sine statim notitia habita de parentela predicta etiam simplici verbo vicinorum vel aliorum ipsos actinentes congnoscentium Judex sine aliquo intervallo cogat et cogere possit et debeat sic actinentes ad compromictendum litem questionem et causam sive contraversiam versam et que verti posset inter ipsos consanguineos vel affines occasione predictorum vel quacunque alia oc-

[1] Manca *applicandorum*.

[2] Sul Parlamento e sugli altri instituti organici del Comune teramano abbiamo detto abbastanza nella *Parte I organica* dello *Studio* intorno a questi Statuti. Sia qui e sia in altre parti del testo, in cui a quegli instituti si allude, facciamo sempre lo stesso richiamo.



casione de iure et de facto in duos communes eorum consanguineos vel affines seu amicos suspectos nemini partium, quo compromisso facto teneantur et debeant ipsi sic positi et electi dictam questionem causam sive contraversiam decidere et terminare infra quindecim dies a die eis facti precepti per Judicem vel scientie huiusmodi electionis facte de eis proxime secuturos, ad penam unius augustalis pro quolibet ipsorum arbitrorum qui negligens fuerit in predictis exigendam etiam sine aliquo processu et prolatione sententie et Universitati Terami applicandam. Et ad compellendum dictos actinentes sic litigantes ad compromictendum ut supra ipse iudex plenum habeat arbitrium tam per impositionem penarum et mulctationem eis et de eis fiendam et ipsos personaliter cohercendos et detinendum in palatio civilium et etiam Capitanei Terami qui pro tempore fuerit cuius possit in predictis exequendis brachium et auxilium implorare, quam etiam per omne aliud iuris remedium opportunum, donec inter ipsos factum fuerit, ut supra dicitur, compromissum. Et similiter dictus iudex post lapsum dicti termini ut supra arbitris dati possit et valeat ac debeat dictos arbitros compellere constringere ac personaliter in palatio detinere et mulctare per omnem modum et viam quibus ipsi iudici videbitur et etiam iuxta formam supra in cohercendis actinentibus litigantibus ad compromictendum traditam, circa que exequenda et terminanda facienda et penas propterea imponendas ac applicandas et iterandas ac etiam a contrafacientibus exigendas latissimum sit iudicis offitium et eius arbitrium. Et quod a sententia laudo sive arbitramento arbitrorum sic positorum et electorum nulla partium appellare possit provocare reclamare vel aliquem recursum facere seu reductionem petere ad arbitrium boni viri. Et si quis contrafecerit penam incidat ipso iure et facto unius uncie camere Universitatis Terami vice qualibet qua contrafactum fuerit applicande et exigende ut supra. Et presentem assisiam volumus esse firmam et inviolabiliter obser-

vari, assisia aliqua ordinamento sive capitulo loquente in contrarium non obstante.

*De executione Istrumentorum publicorum apotissarum et quarumcumque scripturarum iuratarum et penatarum - Rubrica X.*

Assisiam sive reformationem quandam retro in volumine assisiarum veterum [1] confirmatam repertam presenti capitulo refirmantes decernimus confirmamus, quod nullus et nulla de teramo et eius districtu aut forenses undecumque et cuiuscumque gradus status et conditionis existant, qui vel que haberent seu in futurum quodcumque qualitercunque et quavis occasione habere possent contra aliqnos vel aliquas de Teramo et eius districtu aliquod publicum instrumentum iuratum vel penatum seu apotissam vel quamcumque aliam scripturam iuratam vel penatam possint nec debeant quovis modo vel causa seu aliquo quesito colore expresse tacite vel occulte ad ipsa instrumenta et alias qualescumque scripturas super declaratas representandum et eorum iura consequendum contra suos debitores in ipsis instrumentis et aliis scripturis supra dictis contentos tam pro principali debito quam pro pena dampnis expensis et interesse accedere vel adire aliquam aliam curiam vel iudicem nisi primo adiverint et eorum iura persecuti fuerint coram iudice causarum civilium Civitatis Terami et sex de regimine dicte civitatis qui sunt et qui pro tempore fuerint quibus iudici et sex de regimine liceat ipsos debitores ad solvendum et satisfaciendum eorum creditoribus tam de quantitatibus eis debitis sed etiam de dampnis expensis ac interesse factis et passis cogere et compellere ac de bonis et rebus, videlicet, primo de pecunia si quam haberent et in ipsius pecunie defectu

[1] Qui si richiama all'antico libro delle leggi municipali già consunto e che si volle rinnovare col presente volume, come si dice nel prologo di questo stesso. Vedi ciò che abbiamo detto su questo antico Codice nello *Studio* intorno ai presenti Statuti, *Proemio*, § 6.



de bonis et rebus mobilibus iuribus et actionibus dictorum debitorum, in eorum defectu de bonis stabilibus eorundem debitorum (?) ad electionem dictorum creditorum secundum extimationem fiendam per duos probos viros primo per ipsas partes eligendos et in defectu ipsarum partium vel alicuius earum per Judicem et sex de regimine et etiam in casu quo dicte partes non essent in concordia de electione dictorum duorum virorum ac etiam debitores cogere et astringere pro ut eis visum fuerit et eos arrestare de persona cum competenti moderamine. Et casu quo ipsi debitores essent renitentes ad satisfaciendum eorum creditoribus iuxta determinationem dictorum Judicis et sex de regimine tunc obtenta licentia ab eisdem dicti creditores valeant et possint eorum iura consequi in quibuscumque curiis. Et si quis vel si qua ex creditoribus vel creditricibus supradictis publice vel occulte contra presentem assisiam aliquo quesito colore venire facere vel experiri quoquomodo presumpserint sive sint cives sive forenses et tam debitores quam etiam creditores penam incidant pro eorum quolibet et vice qualibet qua in predictis circa predicta vel in aliquo predictorum contrafactum seu contraventum fuerit decem librarum usualis monete a contrafaciente exigendam de facto et camere universitatis terami applicandam. Ita tamen quod predicta locum habeant et extendantur solummodo ad debitores possidentes bona stabilia in civitate Terami et districtu ascendentia ad summam et valorem duple quantitatis ad quam tenerentur eorum creditoribus que bona talium debitorum expresse vel tacite directe vel per obliquum nemini obligata sint. Et quod terminus prefigendus per Judicem et sex de Regimine debitoribus ad satisfaciendum eorum creditoribus in huiusmodi causis a decem ducatis infra sit et esse debeat quindecim dierum. Et a decem ducatis supra quantacumque fuerit quantitas sit et esse debeat unius mensis quibus terminis elapsis sine metu pene predicte liceat ipsis creditoribus accedere et adire quamcunque aliam curiam



qua eis ipsos debitores convenire placuerit, non propterea derogando aliis assisiis in hoc assisiarum volumine annotatis.

*De clerico volente agere contra laicum in Curia Terami. Rubrica XI.*

Assisiam facimus et firmamus quod quotiescumque quis clericus contra laicum in curia Terami agere et laicus contra eundem clericum aliquid in eadem curia sibi dari vel fieri petierit et eum reconvenire voluerit teneatur idem clericus statim iure reconventionis ipsi laico respondere qui si clericalem exceptionem alligans reconveniri et respondere recusaverit, laicus ipsi clerico respondere minime teneatur, sed statim a Judice licentiatus recedat. Hoc tamen expresso quod si clericus in causa mota contra laicum fideiussorem idoneum de iudicio sisti et iudicato solvendo in causa reconventionis prestiterit, si succumberet, ut postulat ordo iuris ad agendum contra laicum audiatur.

*Quanto tempore duret actio et repetitio operarum et petitio mercedis ipsarum - Rubrica XII.*

Assisiam facimus quod quicunque prestiterit seu locaverit alicui suas operas personales animo et intentione pretium vel consimiles operas recipiendi pro eisdem teneatur et possit ipsas vel earum pretium repetere infra annum a die prestationis ipsarum proxime numerandum et ab inde in antea per Judicem non audiatur, immo vigore presentis assisie presumptio sit iuris et de iure quod dictas operas prestitit liberaliter et animo gratuito et ulterius non repetendi easdem neque petendi aliquod pretium pro eisdem.

*Quanto tempore durent acta iudiciaria - Rubrica XIII.*

Assisiam facimus quod omnia et singula mandata facta in confessos ac etiam alia acta iudiciaria tam ex



primo quam ex secundo Judicis decreto facta contra legitime contumaces et eorum contumaciam infra legitima tempora non purgantes, durare possint et debeant spatio decem annorum et plenam in premissis obtinere roboris firmitatem. Et quod contra ipsa durante ipso tempore dicto nullus decursum temporis possit opponere, immo Judex debet observare et debite executioni mandare sub pena sui prestiti iuramenti.

*De non movendo questionem creditoribus camerariis et commestabulis de pignoribus - Rubrica XIV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla possit nec debeat facere nec movere questionem creditoribus commestabulis vel etiam camerariis de pignoribus et pro pignoribus quacunque de causa sibi acceptis post sex menses numerandos a tempore licentie venditionis ipsorum pignorum sibi dato quod constet per sacramentum ipsius huiusmodi pignora habentis etiam si de venditione ipsorum pignorum non constaret.

*Quod subscriptiones Judicum facte in contractibus valeant pleno iure - Rubrica XV.*

Cum hactenus a tempore cuius in contrarium hominum memoria non existit in Civitate Terami et eius pertinentiis servatum fuerit quod Judices cum ordinati sint ad contractus per dominum episcopum aprutinum [1] perpetuo eorum offitium valeat et teneat. Et quod tandem post ipsorum mortem idem episcopus consuevit alios eorum loco substituere qui loco eorum premortuorum in testamentis contractibus et sententiis se subscribebant pro validiori igitur cautela confirmando quod

[1] Erano costoro que' *Judices ad contractus terrarum Ecclesiæ aprutinæ* che sì spesso s' incontrano negli atti notarili de' nostri Archivii e che erano nominati dai vescovi di Teramo in virtù de' feudali privilegi ch' essi allora godevano. Que' giudici notari, a dir così, si distinguevano dagli altri eletti da' baroni, perchè esercitavano il loro ufficio con illimitazione ed a vita. Ne abbiamo parlato pure nello *Studio* su questi Statuti, *Parte II giuridica*, § 4, *Giurisdiz. vescov.*

fuit hactenus observatum, presenti assisia statuimus et ordinamus quod instrumenta contractus et cautele que hactenus facte sunt et in futurum fient in Teramo et districtu, in quibus subscriptio priorum iudicum vel in ipsorum locum substitutorum apparerent valeant et teneant pleno iure. Et nullus audeat contradicere vel ipsas cautelas contractus Instrumenta vel testamenta modo aliquo impugnare ratione et occasione subscriptionis huiusmodi. Et si quis contrafecerit principalis quem tangeret negotium ad penam quinquaginta librarum inremissibiliter teneatur per Judicem vice qualibet qua convenerit exigendam sub vinculo iuramenti. Et procurator vel advocatus ipsius contra allegans ad penam duarum unciarum similiter teneatur. Et ad eandem penam teneatur Judex si negligens fuerit in predictis universitati Terami applicandam, que assisia locum habeat in presentibus preteritis et futuris.

### *De non recipiendo civem in fideiussorem pro forensi - Rubrica XVI.*

Assisiam facimus quod nullus mercator seu quis alius creditor recipiat civem sive districtualem Terami in fideiussorem pro forensi non habenti in Teramo et eius districtu aliqua bòna stabilia pro aliqua re quam vendiderit seu accomodaverit vel aliqua quacunque causa fecerit seu contraxerit cum forensi. Et si ipsum acciperet in fideiussorem, ipse fideiussor eidem mercatori seu aliis creditoribus non remaneat in aliquo obligatus nec possit propterea talis fideiussor in curia Terami conveniri. Cuius assisie beneficio renunctiari non possit et si renunctiaretur ipsa renuntiatio de iure et de facto non teneat nec valeat ullo modo etiam si se principaliter obligaret ad solvendum aliquod vel aliquid aliud faciendum. Excepto quod siquis fideiuberet penes Judicem vel penes Curiam Terami pro forensi vel terrigena ipsa fideiussio valeat pleno iure presente assisia non obstante. Et quod sit in electione cuiuslibet creditoris conveniendi fideiussorem atque principalem pro ut ei placuerit iure comuni non obstante in omnibus fideiussionibus pro futuro faciendis. In fideiussionibus autem factis per forenses pro forensibus vel etiam terrigenam pro forensibus presens assisia non vendicet sibi locum nec ipsius privilegio gaudeat huiusmodi fideiubens.



### *De notario publico ducendo et retinendo per Judicem et de modo scribendi per ipsum acta civilia - Rubrica XVII.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex causarum civilium debeat secum ducere et toto tempore sui officii retinere ad scribendum acta civilia et alias scripturas et processus unum notarium publicum sufficientem, de cuius ordinatione fidem faciat tempore sui introytus. Et notarius electionem scribens deducendo dicto notario expressam inter alia faciat mentionem. Qui notarius Judicis scribere teneatur et debeat omnia acta actitanda et fienda ac etiam producenda coram ipso iudice et per ipsum iudicem. Et omnes processus per se solum componere supra causa qualibet libellos articulos exceptiones et quaslibet alias scripturas intra eos offerendas non aliter recipiat quam in foliis sanis in quibus tantummodo ab uno latere primo sint scripture, ut ab alio latere componi et ligari seu conglutinari possint in uno quaterno. Et etiam predictus notarius scribat in dicto quaterno per quem quo tempore et coram quo Judice sint oblate cum annis domini et Indictionis oportunis. Et in fine officii ipsius Judicis dictus notarius scribat et ponat in unoquoque processu in quibus terminis processum dimictit et se subscribat et signet. Et sic novus Judex scribi faciat in quibus terminis ipse resumitur (?) ut quid coram quolibet iudice et per quemlibet iudicem in causis actum seu actitatum fuerit plene congnosci possit. Item quod dictus notarius iudicis libellos articulos exceptiones et alias scripturas in quibus sint intra limationes rasure et cancellationes in locis suspectis non

recipiant. Item quod advocati et procuratores pro utraque parte vel etiam principales persone sive in casibus in quibus libelli non offeruntur vel eos nollent offerre, dictent eorum petitiones notario predicto qui eas scribere et in actis redigere teneatur prout ipsi dictabunt parte adversa presente nec legitime contradicente ad hoc ut si defectus aliquis in ipsis petitionibus esset, dicto notario imputari non possit, nec pars adversa conqueri quoquomodo asserendo aliud scriptum esse quod petitum fuerit. Et stetur et credatur scriptis petitionibus predictis et eis secundum modum predictum in actis redactis Judex vel ipse notarius teneatur parti adverse legere ad ipsius partis intelligentiam ad hoc ut informetur ipsa pars quid dicere vel respondere habeat in singulis actis scribendis super quacunque causa.

### *De feriis et diebus feriatis in civilibus causis observandis - Rubrica XVIII.*

Assisiam facimus quod in omnibus et singulis diebus dominicis in honorem dei et beate marie virginis feriatis, videlicet, Circumcisionis, die veneris sancta, tribus diebus pasquatis resurrectionis, die ascentionis, tribus diebus pasquatis pentecosten, die corporis christi, nativitatis domini cum uno precedenti et duobus sequentibus, et in festivitatibus sancte Marie, videlicet Conceptionis, Purificationis, Annunctiationis, Assumptionis et Nativitatis. Item in omnibus et singulis festivitatibus sancti Johannis baptiste, videlicet Nativitatis et decollationis, et in festivitatibus evangelistarum ac etiam in festo sancti Berardi protectoris cum uno die precedenti et uno sequenti. Et in festivitatibus infrascriptis, videlicet, Sancti Antonii confessoris de Vienna (*sic*), Sancti Blaxii, Sancte Catherine, Sancti Nicolay, Sancte Lucie, Et in omnibus et singulis et aliis festivitatibus sanctorum et sanctarum quorum et quarum ecclesie sint intus Civitatem Terami et eorum et earum vocabulis nuncupantur in civilibus causis ius non reddatur.



### *Quod pro nullo facto civili et quibuscunque casibus et causis pertinentibus ad iudicem et offitiales civilium adiri liceat sive recurri ad Capitaneum et alios offitiales criminalium Civitatis Terami - Rubrica XIX.*

Assisiam facimus et firmamus quod nullus et nulla cuiuscunque status et conditionis existat sive sit civis et districtualis terami sive accola vel forensis audeat vel presumat pro aliquo facto civili et in quibuscunque casibus et pro quibuscunque causis civilibus, et que congnosci et expediri possunt in curia civilium Terami, audeat vel presumat adire curiam criminalem vel quamcunque aliam curiam et nec capitaneum vel alios offitiales criminalium. Et qui vel que contrafecerit penam incidat vice qualibet vigintiquinque librarum Camere universitatis Terami inremissibiliter applicandarum. Et liceat unicuique contrafacientes denunctiare et accusare. Et iudex causarum civilium teneatur et debeat in predictis procedere et contrafacientes punire et condempnare pena superius (declarata)[1] et exigere et ad manus Camerarii dicte universitatis perveniri facere, sub pena prestiti iuramenti et decem librarum pro qualibet vice qua contrafecerit.

---

[1] La parola *declarata* è aggiunta al margine da mano molto più recente.

# RUBRICE LIBRI TERTII SUPER MALEFICIIS ET DELICTIS.







[1] Corrige: *sindicatus*.

RUBRICE FINIUNT

## INCIPIT LIBER TERTIUS.

### *De auctoritate Judicis procedendi in criminalibus causis - Rubrica I.*

Quia ut honeste vivatur rei publice interest ne maleficia et delicta impunita pretereant, Assisiam igitur facimus et firmamus quod Judex Terami qui est et pro tempore erit et etiam notarius capitulorum quando de per se eligeretur habeat plenum arbitrium auctoritatem atque potestatem congnoscendi procedendi et terminandi tam ad promotionem accusationem denunctiationem et querelam cuiuscunque persone, quam etiam per inquisitionem ex suo mero offitio contra quascunque personas in de et supra quibuscunque maleficiis, iniuriis culpis criminibus excessibus defectibus et delictis in presenti assisiarum volumine comprehensis et iis similibus tam in Civitate Terami et eius districtu per quoscunque homines et personas commissis factis dictis ommissis et perpetratis quam etiam alibi per quoscunque de Teramo et districtu tam tempore sui officii quam etiam tempore sui proximi precessoris de quibus cognitum vel processum non fuisset secundum formam dictarum assisiarum. Et processus sic facti et sententie ex eis secute valeant et plenam obtineant roboris firmitatem iuribus quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus quoquomodo.

### *De modo et ordine procedendi in criminalibus causis - Rubrica II.*

Equissimum est omnibus in rebus servare modum. Ideo hac assisia instituimus et firmamus quod Judex et



etiam notarius capitulorum Civitatis Terami, qui de (?) per se eligeretur in maleficiis criminibus culpis excessibus et delictis ad eius curiam devolutis procedat hoc ordine, videlicet, quod pervento ad eius notitiam vel querela coram eo exposita sive denunctiatione accusatione exibita de aliquo maleficio excessu vel delicto ut supra commisso eadem die vel sequenti vel saltem infra tres dies a die notitie querele exposite seu denunctiationis vel accusationis exhibite vel porrecte computandos, faciat citari per publicum baiulum universitatis inquisitum denunctiatum vel accusatum quod infra duos dies a die facte seu fiende de eo citationis compareat coram ipso Judice sive notario ad se excusandum et defendendum ab inquisitione denunctiatione vel accusatione contra eum formata et facta sive producta. Et infra dictum terminum citatus ut supra comparuerit confessus fuerit vel etiam negaverit audiatur et dato fideiussore ydoneo si pena imponenda pro huius modi maleficio excessu vel delicto excederet quantitatem decem librarum vel si inquisitus denunctiatus vel accusatus non possideret bona immobilia in Civitate Terami et districtu cuiuscunque quantitatis pena esset, statuatur ei terminus quinque dierum proxime futurorum a die facte excusationis computandorum ad faciendum omnem suam defensionem vel maiori arbitrio Judicis sive notarii infra quem sue defensiones admictantur et si legitime se defensaverit absolvatur, sin autem procedatur ad alios incumbentes actus et demum facta proclama sive bampnimento generali de inquisitis denunctiatis vel accusatis ut infra in capitulo. Qui inquisiti denunctiati et accusati vocentur voce bampnitorum et contra continetur (*sic*) procedatur ad condempnationem. Si vero in termino dicte citationis de eo facte ad se excusandum fuerit contumax habeatur pro convicto de omnibus et singulis in inquisitione denunctiatione vel accusatione contentis et tanquam convictus condempnetur, nisi ipse inquisitus esset aliqua iusta et legitima causa impeditus vel absens fuerit a

territorio Terami, quo casu expectetur congruo tempore constituto de absentia vel impedimento predicto, arbitrio Judicis vel notarii statuendo.

*De pena blasfemantium sive maledicentium deum vel beatam virginem mariam vel alios sanctos et sanctas dei vel calumpniose iurantium - Rubrica III.*

Scelestius est divinum nomen in obprobrium et contemptum blasfemando et maledicendo deducere, quam hominum personas etiam acriter verberando deprimere. Hac igitur assisia in perpetuum valitura statuimus quod si quis vel si qua de Teramo vel aliunde irreverenter et animose per corpus vel per sanguinem dei vel beate virginis vel per aliquod eorum membrum exceptis membris pudibundis ut puta anum vulvam et similia condempnetur in centum soldis. Si autem ipsum deum vel beatam virginem mariam maledixerit vel aliquòd eorum membrum directo per obliquum dicendo *maledicto sia,* videlicet, Nativitas, Annunctiatio, Ascentio, Resurrectio, et similia, vel dixerit *ad dispecto ad unta* vel huic simile, similiter in centum soldis pro quolibet et vice qualibet condempnetur. Si autem maledixerit sive blasfemaverit quoquomodo sanctum Johannem baptistam vel evangelistam sive sanctum Antonium vel aliquem ex apostolis vel etiam sanctum Berardum protectorem et defensorem Civitatis Terami in decem soldis vice qualibet condempnetur. Si vero aliquem alium sanctum sive sanctam celestis [1] maledixerit vel aliquo modo blasfemaverit vel maledixerit, sive blasfemaverit de directo festum omnium sanctorum vel per obliquum dicendo de prima die Novembris in quolibet casuum predictorum in quinque soldis pro quolibet et vice qualibet puniatur. Et ad predicta fiant iurati, quorum relationi credatur.

[1] Manca qualche parola; ad esempio: *regni.*



*De verbis iniuriosis et reimproperatoriis - Rubrica IV.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua contra aliquem presentem et ad iniuriam revocantem iniuriose dixerit sive protulerit aliquod ex infrascriptis verbis iniuriosis, videlicet, *Usurario, Traditore, Beccho, Rovalgioso, Cornuto, Heretico, Falsario, Homicida* sive *Mictario, Patareno, Furo, Robbatore, Roffiano,* vel alicui mulieri bone fame, *Puctana, Roffiana, Factuchiara,*[1] vel similibus sive idem resultantibus, in centum soldis pro quolibet verbo et vice qualibet condempnetur. Si vero dixerit tu mentiris vel mentiris per gulam vel non dicis veritatem in viginti soldis vice qualibet pro verbo quolibet condempnetur. Si aliquod aliud verbum iniuriosum contumeliosum vel inhonestum dixerit preter supradicta in decem soldis vice qualibet puniatur etiam si uno lapsu lingue plura diceret. Si autem ipsa verba iniuriosa dicerentur personis quibus inessent iniurie que ex ipsis verbis resultarent, plena fide iudici vel notario capitulorum facta dicens ipsa verba ad penam aliquam non teneatur Similiter si pater vel mater diceret ipsa verba vel alio filio vel filie, magister discipulo, vel patronus familiari vel aliquis alicui moranti (??) in domo sua ad penam nullatenus teneantur. Si vero aliquis non directe sed dissimulate dixerit contra aliquem vel aliquam dum secum verba ampullosa et iracunda haberet, ipsa verba vel aliquod ex eis dicendo. *Io non foy may traditore. Io non furai may. Io non foy may falsario* et similia vel alia vel equipollentia, dummodo animo alicui iniuriandi et non ad sui excusationem dixerit in medietate pene pro quolibet dictorum verborum et vice qualibet condempnetur. Et quod utrum dicta fuerint animo alicui

[1] Voci plebee contenenti vituperio. Fra queste non bene intendiamo le seguenti: *Rovalgioso, Mictario.* Soltanto noteremo che a quest' ultima si accosta il vocabolo latino barbaro *Mitarius,* che il Du Cange interpreta: « Particeps, ut videtur, qui aliquid cum aliis comune possidet. » Vorrà forse dire fra noi mezzano d' infamia?

iniuriandi vel excusandi se ipsum sic dicentem, remaneat in arbitrio Judicis et notarii capitulorum qui diligenter exquirant et inspiciant personas et verba que precesserint et ex eis que secuta fuerint. Si quis vero reimproperaverit alicui aliquam iniuriam in servitium Universitatis et hominum Civitatis Terami sibi illatam in decem libris Universitati predicte applicandis vice qualibet per Judicem Terami condempnetur. Si autem aliquis vel aliqua reimproperaverit alicui mortem alicuius sui propinqui victuperose mortui vel interfecti, puta patris, Avi, Matris, Avie, Abavie, Patrui, Amite, Matertere, Fratris vel sororis, Filii vel filie, Nepotis vel neptis, per directum vel etiam simulate dicendo *Patromo non fo impiccato o vero non lgie fo talgiato lo capo non fo arso non fo pastonato,* et similia. Vel etiam victuperosam vitam alicuius mulieris actinentis usque ad tertium gradum inclusive ascensive vel descensive sive collateraliter reimproperaverit per directum sive etiam dissimulative dicendo. *Mamma* vel *molglema* vel *mia sorella* vel *mia filgiola non ene puctana* vel *non puctana per lo mundo* vel *non vane facendo le ruffiane* vel *non se va mectendo socto li homini altrui* et similia vel equipollentia dixerit in quinquaginta soldis vice qualibet condempnetur. Si vero aliquis vel aliqua contra Judicem vel eius notarium vel familiarem seu contra notarium capitulorum vel eius notarium vel familiarem aliquod verbum iniuriosum vel contumeliosum vel etiam reimproperatorium dixerit seu protulerit ut superius distinguitur, pena dupplicetur in quolibet casuum predictorum. Et similiter dicens ipsas iniurias alicui in presentia dictorum offitialium vel alicuius eorum quum videtur contempni Jurisdictio Judicantis ad penam duplicatam in quolibet dictorum casuum vice qualibet teneatur. Ad cuius iuris probationem solummodo presentia Judicis vel eius notariorum vel alicuius eorum sufficiat, quas penas predictis iniuriis Judici et offitialibus vel coram eis dictis, possit Judex et notarius capitulorum exigere absque processu et Juris ordine non servato nec huius-



modi Iniuriantes confessionis beneficium in aliquo mereantur nisi tunc antequam Iniuriatus se divertat ad alios actus extraneos dicat coram dictis offitialibus vel alteri eorum se dictas iniurias ad animum revocare nolle quo casu procedatur et assisia infrascripta de vocandis accusatis et denunctiatis ad excusam vendicet sibi locum. Et que in hac assisia continentur de Iniuriis dictis offitialibus vel familiaribus vel coram eis vel ipsorum aliquo volumus perpetuo esse firma. Assisia quacunque alia loquente in contrarium quomodolibet non obstante. Huic etiam assisie istud duximus inserendum, quod si quis vel si qua contra aliquem vel aliquam quomodocunque dixerit sive protulerit blasfemias istas, videlicet, *va che si impeccato, che te vengha languenalgia, che te venga lo carbone, che vencha lo male de la cadia che te venga l'antrace, che venga la lepra o vero la malsania* (?) et quascunque alias blasfemias hiis similes vel equipollentes, puniatur vice qualibet et pro blasfemia qualibet per Judicem vel notarium capitulorum in soldis quinque sine diminutione Camere Terami applicandis. Et credatur iuramento cuiuslibet denunctiantis sive referentis. Et quilibet possit contrafacientes in predictis denunctiare referre et accusare. Et etiam possit dictus Judex et notarius per inquisitionem ex officio procedere, nec in predictis locum habeat abolitio seu retractatio quoquomodo.

### *De insultibus quomodolibet et ubilibet cum armis vel sine armis - Rubrica V.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua contra aliquem vel aliquam animo iniuriandi irato animo et malo modo movendo se de loco ad locum vel aliter extollendo personam insiluerit vel impetum fecerit sine armis, si ad domum vel aliquam possessionem insultati, in quadraginta soldis vice qualibet, si id sine hominum comitiva fecerit, condempnetur, si cum comitiva hominum duorum vel plurium condempnetur vice qualibet in cen-

tum soldis et eum sic sotiantes in quadraginta soldis pro ipsorum quolibet et vice qualibet condempnentur. Si cum comitiva unius tam principalis insultans quam eum sotians in quadraginta soldis pro eorum quolibet et vice qualibet condempnentur. In aliis vero locis pro quolibet insultu facto sine armis condempnetur insultans in viginti soldis et tot intelligantur insultus quot fuerint insultantes. Si vero insultus factus fuerit cum armis ad domum vel possessionem insultati sine hominum comitiva insultans in decem libris vice qualibet condempnetur. Si cum comitiva hominum quacunque fuerint tam ipse principalis quam eum sotiantes in decem libris pro quolibet et vice qualibet condempnentur. Si autem in ipsis insultibus deveniretur ad percussiones vel alias iniurias sive offensas ex quibus maior pena resultaret quam pena insultus, tunc insultus confundatur in quolibet casuum predictorum.

### *De pena percutientis aliquem manu vacua vel adminantis - Rubrica VI.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua aliquem vel aliquam manu vacua animo iniuriandi percusserit et ad terram prostraverit cum livore vel cum sanguine in libris viginti pro qualibet percussione et vice qualibet Universitati Terami [1] condempnetur. Si sine livore vel sanguine condempnetur in medietate dicte pene. Si vero a gula et collo infra percusserit vel impingendo ad terram prostraverit et percuti fecerit, si cum livore vel sanguine in libris quinque pro qualibet percussione et vice qualibet condempnetur. Si sine livore vel sanguine in medietate dicte pene. Si autem manu vacua pugno vel digito adminuerit non tamen percuxerit in quinquaginta soldis pro qualibet adminatione et vice qualibet condempnetur. Si quis autem pede vel calce aliquem percuxerit in omnibus casibus supradictis con-

[1] Manca qui il solito *applicandis*; mancanza che accade spesso in seguito.



dempnetur ac si manu percussisset. Si quis autem ceperit per aurem personam vel per pannos ad pectus vel alibi pro sola captione in viginti quinque soldis vice qualibet condempnetur. Et si sic capiendo vel ad se contrahendo vel impingendo ad terram cadere fecerit etiam sine alia aliqua lesione in soldis quinquaginta vice qualibet condempnetur. Si quis vero (?) ceperit aliquem per capillos condempnetur pro sola captione vice qualibet in quinquaginta soldis. Sed si ceperit et captum duxerit ultra spatium quinque pedum ad mensuram corporis condempnetur vice qualibet in soldis centum. Si quis autem ficus iniuriose contra aliquem manu fecerit pro qualibet ficu in decem soldis condempnetur. Si quis autem aliquem momorderit in gula collo facie vel capite si cum sanguine vel livore pro qualibet morsura et vice qualibet in libris viginti Camere Universitatis Terami condempnetur. Si sine sanguine et livore in quinquaginta soldis. Si autem sic mordendo nasum cum deformi et evidenti signo amputaverit in centum libris vice qualibet condempnetur. Si labrum vel auriculam in medietate dicte pene. Si autem in facie momorderit cum cicatrice et signo perpetuo remansuro in vigintiquinque libris vice qualibet condempnetur. Si in aliis partibus corporis momorderit, si cum sanguine in quadraginta soldis condempnetur vice qualibet si sine sanguine in decem soldis. Si autem sic mordendo digitum manus amputaverit, condempnetur pro quolibet digito amputato vel etiam debilitato in decem libris.

### *De pena percutientis aliquem cum armis evaginatis ipsa vel cum ipsis adminantis - Rubrica VII.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua aliquem vel aliquam percuxerit cum spada vel lancea mandarese [1] cultello stocco vel aliis armis ferreis sive ferratis,

[1] Non troviamo nel Du Cange siffatta voce, ma vi ha quest' altra, che le si accosta: « *Manarixius*, ut *Manara*, Inter arma vetita recensetur. » Vi si accosta meglio la voce fiorentina *Mannarese* o *falcione*, come

si in gula collo seu facie vel capite cum sanguinis effusione vel livore in vigintiquinque libris pro qualibet percussione et vice qualibet condempnetur, si sine sanguine vel livore in medietate dicte pene. Si autem ex percuxione facta in facie cicatrix vel signum enorme remaneret in centum libris vice qualibet condempnetur. Et si percuxio in capite facta esset cum fractura carnei coccie [1] sive ossis in centum libris similiter condempnetur. Si vero a gula infra percuxerit cum aliquo dictorum armorum in quacunque corporis parte cum sanguinis effusione vulnere vel tumore in libris duodecim pro qualibet percussione et vice qualibet condempnetur. Si sine sanguine vel livore in medietate dicte pene. Si vero vulnus fuerit cassale [2] vel penetrativum ad interiora in quinquaginta libris pro quolibet vulnere et vice qualibet condempnetur. Si autem ex ipsa percuxione a gula infra cum armis membrum aliquod esset debilitatum pena simili quinquaginta libris vice qualibet condempnetur. Et si aliquis digitus manus esset amputatus pro quolibet digito amputato in viginti libris. Si digitus pedis in quindecim libris. Si autem ex percuxione facta in facie cum aliquo dictorum armorum esset oculus evulsus pro uno evulso in centum libris pro ambobis (*sic*) oculis evulsis in libris trecentis vice qualibet condempnetur. Si vero dens esset evulsus pro quolibet dente evulso in libris decem ultra percussionis penam vice qualibet condempnetur. Si autem ex percuxione cum ipsis armis a gula facta infra cum armis ipsis aliquod os esset fractum in libris centum condempnetur. In percussionibus autem que fierent baculo vel lapide vel alia re apta ad maleficium commictendum de qua remaneat in arbitrio iudicantis propterquod armis fer-

dice e spiega la *Cronaca* di PAOLINO PIERI. V. *Arch. stor. ital.*, disp. 6ª del 1886, pag. 365.

[1] Queste parole, non reperibili nel Du Cange, indicheranno probabilmente il cranio, sia perchè parlasi prima di rottura e poi di ossa, e sia anche perchè tuttora il nostro dialetto usa *coccia* per testa.

[2] Cioè, ferita al petto. Odasi il Du Cange alla voce *Cassum*: « Pectus, semibarbaris ex Arabico. Hinc *vulnus cassale*, quod pectus afficit. »



reis vel ferratis pene predicte dimidientur in quolibet casuum predictorum propterquod in cicatrice et signo amputatione vel debilitatione cassali vulnere fractura et evulsione, in quibus casibus ac si cum armis ferreis vel ferratis semper condempnetur. Si vero cum aliquo dictorum armorum ferreorum vel ferratorum causa percutiendi adminaverit condempnetur adminans vice qualibet in centum soldis similiter si lanciaverit sive proiecerit vel irato animo evaginaverit dum tamen quod si punitur de evaginatione non puniatur de adminatione proxime subsecuta, et si de percuxione subsecuta non de evaginatione proxime precedenti. De adminatione vero cum lapide vel alio aliquo Instrumento acto ad maleficium commictendum de quo remaneat ut supra in arbitrio iudicantis vel coram eorum recollectione et proiectione semper pene dimidientur ubi recollectionem ipsorum lanciatio seu proiectio non sequeretur condempnando eadem pena qua lanciatio et proiectio condempnantur dum tamen quod si punitur de lanciatione sive proiectione non puniatur de recollitione proxime precedenti.

## *De pena portationis armorum - Rubrica VIII.*

Assisiam facimus quod nulla persona audeat vel presumat portare intus per Civitatem Terami aliquod inscriptorum armorum, videlicet, lanceam sive lanciottum ferratum spadam cultellum stocchum mandaresem telum dardum sive clavarinam [1] et his similia. Et qui contrafecerit repertus pro quolibet petio dictorum armorum in centum soldis vice qualibet condempnetur. Si vero repertus quis fuerit portare per dictam Civitatem quatrellictum plumbarolam [2] vel eis similia in

[1] Nel Du Cange leggiamo soltanto: « *Clava*, pro *Clavis*, Arma. » Ma ognuno vede che la soprascritta voce risponde all' italiana *Chiaverina*, che è un' arma in asta da lanciar con mano. *Lanciottum* non è nel Du Cange, ma è tolto dal volgare *Lanciotto*, asta da lanciare.

[2] *Quatrellictum* è un barbaro diminutivo latino-teramano della voce registrata dal Du Cange in questa forma: « *Quadrellus*, Quadrelli, Qua-

decem libris vice qualibet et pro quolibet petio condempnetur. Liceat tamen accedemptibus extra ipsam Civitatem et ad ipsam redeuntibus dum vadunt a domo ad portam et dum reddeunt (*sic*) per directum iter accedendo portare lanciottum et spadam vel stocchum et his similia ligata et impiczata [1] ita quod non morentur alicubi set tantum vacent eorum accessui vel reditui sine pena et bampno. Si quis autem inventus fuerit portare per dictam Civitatem aliqua arma defensibilia, videlicet, celatam, panzeriam, bracchialia et his similia, in quadraginta soldis pro quolibet petio armorum defensibilium et vice qualibet condempnetur.

### *De pena violantis muros vel portas Civitatis et exeuntis sive reintrantis aliunde quod per ipsas portas - Rubrica IX.*

Assisiam facimus et firmamus quod nullus et nulla audeat rumpere seu intrare aut exire muros et per muros non dirutos vel per aliquos cuniculos murorum Civitatis Terami vel subtus et portas clausas Terami seu quoquomodo deguastare seramina ipsarum portarum nec etiam ipsas portas vel earum aliquam aperire nisi esset portanarius vel alius cum clavi et de licentia portanarii. Et si quis contrafecerit, si civis vel habitator Terami et tempore pacis solvat bampnum vice qualibet centum soldorum, forensis vero solvat vice qualibet decem libras. Tempore vero guerre contrafaciens in omnibus casibus supradictis solvat penam triplicatam. Si quis autem immiserit in seraminibus ipsarum portarum vel aliquo ipsarum calculos ligna vel stipulas vel quid aliud ad impediendum ne habiliter claudi et aperiri va-

relli; Tela balistarum, brevia, spissiora et forma quadrata, unde nomen nostris *Quarreaux.* » *Quadrelli* usano ancora Dante e Petrarca, di cui si citano gli esempi nel Du Cange. *Plumbarola*, in questo non notata, può equivalere all' italiano *Piombainola*, palla di piombo.

[1] Voce vernacola latinizzata che vale letteralmente *infilzata* e nel senso: *infitta*.



leant in viginti soldis vice qualibet condempnetur, et in quolibet casuum predictorum credatur sacramento denunctiantis. Et Judex penas ipsas aggravare et minuere suo arbitrio inspecta qualitate personarum et simplicitate sive malitia delinquentium in predictis.

### *De pena euntis de nocte post tertium sonum campane. Rubrica X.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua male fame inventus vel inventa fuerit de nocte per Civitatem Terami cum lumine post tertium sonum campane vel sine lumine, si masculus solvat vice qualibet quadraginta soldos, si femina soldos viginti. Si vero inventus vel inventa de nocte cum lumine ubicunque per dictam Civitatem vel etiam sine lumine honeste stare in convicinio usque ad tertiam domum exclusive a domo sue habitationis [1] fuerit bone reputationis et fame ad penam aliquam minime teneatur. Si autem extra convicinium ut supra limitatum quis inventus vel aliqua inventa fuerit sine foco vel sine lumine et sit bone reputationis et fame in quinque soldis vice qualibet puniatur nisi aliqua iusta et rationabili causa sic inventus vel inventa se excusare posset. Si autem aliquis vel aliqua bone fame inventus vel inventa fuerit sine igne vel lumine [2] pulsationem campane Sancti Francisci ad matutinum nichil solvere teneatur. Et quod unum lumen, videlicet stips accensus sufficiat duobus vel tribus simul euntibus, laterna illuminata tribus vel quatuor et similiter candela accensa, cereus non hastatus maioris ponderis duarum librarum sufficiat sex vel octo personis, hastatus vero quatuor astis et ligatus tribus ligaturis accensus sufficiat usque in duodecim vel ad plus quindecim personis simul euntibus. Et quod pulsans campanam episcopatus de sero in tantum debeat ipsam campanam

[1] Manca qui un *et*.
[2] Manca qui qualche parola come *post, ad*.

pulsare in tertio sono, quod inter sonum campane et cocchulòs [1] ipsius quis verisimiliter possit ambulare Teramum a capite usque ad pedem, quod si non fecerit incidat penam vice qualibet quinque soldorum. Et quod temporibus messium et vindemiarum tardius pulsari debeat quam aliis temporibus.

### *De non assotiando custodes vel familiares officialium de nocte - Rubrica XI.*

Assisiam facimus quod si quis de nocte post dictum tertium sonum campane assotiaverit custodes nocturnos Civitatis sive familiares Justitiarii vel Capitanei vel etiam Judicis sine ipsius Judicis licentia in soldis centum vice qualibet puniatur. Et de hoc stetur et credatur sacramento denunctiantis si denunctians sit vir bone oppinionis et fame.

### *De non deactando sive destruendo domos - Rubrica XII.*

Quoniam ex destructione domorum Civitas deformatur, hac assisia duximus providendum quod nullus et nulla audeat vel presumat domum aliquam in Teramo constructam destruere sive deactare nisi solum et dumtaxat per collectis regiis solvendis cum non haberet unde commode ipsas aliter solveret vel non haberet aliter unde se aleret et consili (*sic*) causa vel etiam nisi intenderet ipsam domum in melius reformare redificare sive reficere quibus casibus tantum deactari liceat. Et si quis contrafecerit aliter destruendo sive deguastando penam incidat vice qualibet decem librarum Camere Universitatis Terami applicandarum. Insuper si quis clericus emeret aliquam [2] ab aliqua persona de Teramo et ipsam destrueret, vendens incurrat penam predictam,

---

[1] Avrà certo l' amanuense voluto dir *tocchulos*, cioè i rintocchi della campana: questa circostanza qui ci fa sapere che la campana prima suonavasi a distesa e quindi a rintocchi e con intervallo sì lungo da dar tempo a percorrere la città in tutta la sua lunghezza (un chilom.).

[2] Manca qui la parola *domum*.



nisi destructa converteretur in reparatione vel etiam pro domo alia reparanda sive constructione vel refectione alicuius ecclesie. Et vendens domum non seculari persone semper in ipsa venditione exprimere teneatur quod emptor ipsam domum destruere non possit, et si post modum ad aliquem actum destructionis perveniret nisi pro ipsa reparanda sive reficienda vel in melius reformanda quod ipso iure pro non empta habeatur et applicetur Universitati predicte.

### *De non turbando nec destituendo aliquem sua possessione vel quasi - Rubrica XIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat vel presumat aliquem vel aliquam turbare inquietare seu molestare in sua tenuta et possessione vel quasi vel etiam eum vel eam destituere tenuta seu etiam possessione vel quasi alicuius rei mobilis seu immobilis sive alicuius Juris vel servitutis quod vel quam haberet in aliqua re mobili vel immobili nec terminum extrahat vel extrahi faciat. Et qui vel que contrafecerit in aliquo casuum predictorum incidat penam vice qualibet decem librarum. Et Judex et notarius capitulorum summarie de predictis absque observatione tramitum iustitie per proximiores ipsius loci ubi sita est ipsa possessio, et secundum quod invenerit restituat, et faciat turbatam (*sic*) pacifica possessione gaudere. Et tam Judex et notarius capitulorum quam etiam homines Terami teneantur ipsam possessionem vel quasi ei defendere, cui fuerit ipsa possessio turbata vel destituta. Et ultra penam predictam et restitutionem possessionis et rei qui vel que possessionem turbaverit vel terminos extrasserit teneatur dare parti lese soldos centum. In quibus quidem questionibus cum inciderint Judex et notarius capitulorum cum celeritate procedatur et infra octo dies a die excusationis vel contumacie contracte numerandos predicta exequantur sub religione a se prestiti iuramenti.

*De pena impedientis aliquem testari et fideicommissarios in executione legatorum - Rubrica XIV.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua de Teramo et eius districtu turbaverit vel aliquo modo impedimentum prestiterit alicui de dicta Civitate vel eius districtu habenti de iure arbitrium et faccultatem testandi, quominus possit testamentum vel codicillos seu quamlibet aliam ultimam voluntatem condere et de rebus et de bonis suis disponere pro sui ipsius libito voluntatis in libris decem vice qualibet condempnetur. Et ad similem penam condempnetur quilibet et quelibet contradicens vel impedimentum prestans auctoritate propria et sine aliqua iusta et rationabili causa circa executionem eorum fideicommissarie.

*De non retinendo tabernas apertas post tertium sonum campane - Rubrica XV.*

Assisiam facimus quod nullus tabernarius nec tabernaria hostia aperta nec alicui vinum vendat seu aliquem vel aliquam recipiat in taberna de nocte post tertium sonum campane. Et si quis contrafecerit tam tabernarius et tabernaria retinens hostia aperta vendens vel recipiens in quolibet casuum predictorum, quam etiam receptus et recepta puniatur vice qualibet et pro quolibet in soldis decem. Que tamen locum non habeant in hospitatoribus vel hospitibus et illis qui hospitati fuerint. Et de predictis notarius capitulorum diligenter inquirat et culpabiles puniat.

*De pena explanantis et occupantis ripas et carbonarium Terami - Rubrica XVI.*

Assisiam facimus quod nullus audeat fodere et explanare sive diruere ripas sive carbonaria [1] Terami nec

[1] La carbonaia era una grande buca aperta ne' fossati dei luoghi fortificati per loro difesa, e munita talvolta con mura e tal altra con acqua stagnante. V. REZASCO, *Diz. stor. amministr.*



ipsa apprehendere vel occupare vel prope ipsa laborare nec ripe ipse et carbonaria ab extra et circumcirca Civitatem Terami ordinata ad ipsius Civitatis defensionem quomodolibet destruantur sive depredantur. Si quis autem contrafecerit condempnetur vice qualibet in soldis viginti et dampna reficiat universitati predicte. Et de his credatur sacramento denunctiantis cum uno teste idoneo. Et notarius capitulorum qui pro tempore fuerit singulis duobus mensibus teneatur inquirere de predictis et inquisita et reperta executioni mandare qui si fuerit negligens in predictis perdat de suo salario soldos centum.

*De non retinendo meretrices publicas in taberna - Rubrica XVII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat retinere meretrices pubblicas in taberna causa ibidem prostituendi et libidinem commictendi ad lucrandum. Et si quis vel si qua ante mandatum sibi factum per Judicem vel notarium capitulorum de ipsam expellendo retinendo contrafecerit, solvat penam die qualibet qua sic retinuerit soldos quinque. Post mandatum vero sibi factum si negligendo retinuerit, solvat pro die qualibet soldos decem. Et credatur de predictis denunctiantis simplici iuramento. Insuper si quis receperit eas vel alias male fame mulieres, Judex vel notarius capitulorum qui pro tempore fuerit ad requisitionem maioris partis vicinorum eius vici ubi dicta mulier recepta foret teneatur et debeat sui vinculo iuramenti mandare domino domus ut inde dictam mulierem statim repellat et in ipsa domo eam ulterius non recipiat, quod si post mandatum huiusmodi contrafecerit solvat nomine pene pro die qualibet qua deinde retinuerit soldos viginti. Et quod causa libidinis presumatur per retentionem quam facit post inhibitionem sibi factam et ideo dictam penam incurrat.

*De clericis laicos offendentibus - Rubrica XVIII.*

Assisiam facimus quod quicunque clericus laicum cum armis vel sine armis offenderet Capitaneus et Judex Terami requirere debeant dominum episcopum sive eius vicarium vel capitulum sede vacante ut contra ipsum clericum procedat et eum castiget.[1] Et si episcopus vel eius vicarius vel capitulum id non faceret ut dictum est Capitaneus nec Judex procedant contra clericum offendentem. Si autem ipsum laicum ob id in maiori curia citari contingerit, iuvetur Universitatis expensis et per sindicum Terami defendatur laicus accusatus. Et nichilominus laicus lesus et offensus a clerico possit impium se defendendo ledere et offendere clericum.

*De non nominando partem gebellinam in Teramo et eius districtu nec gebellinis favendo - Rubrica XIX.*

Assisiam facimus quod nullus audeat partem gebellinam in Teramo nominare extollere seu defendere partem gebellinam in Teramo [2] et districtu nec aliis gebellinis favere nec pro eis publice vel occulte contendere. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet pro fidelitate regia libras vigintiquinque. Et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste suspitione carente. Et illi habeantur et reputentur pro gebellinis, qui hactenus communiter in regno isto pro gebellinis habiti et reputati fuerunt.

*De furtis - Rubrica XX.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua animo furandi et in suum usum et utilitatem convertendi subtraxerit sive abstulerit aliquid alicui de domo vel pa-

[1] Ciò compievasi secondo il *gius* di que' tempi, che rispettava l' immunità ecclesiastica.

[2] *Partem gebellinam in Teramo* è frase inutilmente ripetuta certo dal copista. Si noti che questa rubrica contro i ghibellini era allora inevitabile nella nostra regione, come quella che faceva parte del Regno di Napoli, dominato poc' anzi dagli Angioini, grandi capi de' guelfi in Italia, ed allora dagli Aragonesi fautori altresì di questa parte.



leari valoris et extimationis usque in quantitatem viginti soldorum restituto domino vel patrono quod subtraxerat in libris tribus Camerario Terami vice qualibet condempnetur. Si vero res subtracta fuerit valoris a viginti soldis supra non tamen excedat centum soldos in libris quinque restituto ablato vice qualibet condempnetur. Et si abinde supra non tamen excedat valorem decem librarum restituto ablato condempnetur in decem libris. Abinde vero supra quanticunque valoris fuerit res furto subtracta ipsa restituta condempnetur in vigintiquinque libris. Si vero aliunde subtraxerit restituto subtracto in quolibet casuum predictorum condempnetur immediate pene.

*De illis qui eximuntur a penis - Rubrica XXI.*

Assisiam facimus et firmamus quod liceat magistris quarumcunque artium castigare et verberare discipulos dominis et patronis famulos famulas et scutiferos et maioribus vigintiquinque annis castigare minores quatuordecim annis reprehensionis causa dum tamen ipsam castigationem et verberationem moderate faciant, videlicet sine armis et sine sanguinis effusione sine aliqua pena et banno. Item habitantes in una familia ac etiam inter (*sic*) coniuncti usque ad tertium gradum inclusive pro offensionibus inter se factis sine armis et sine sanguinis effusione ad penam aliquam non teneantur. Liceat etiam maritis ex causa verberare uxores etiam cum fustibus et effusione sanguinis sine aliqua pena.[1]

*De non ludendo ad staczellas nec proiciendo lapides palaferra et alia nec etiam sagiptando cum balistis vel arcubus - Rubrica XXII.*

Assisiam facimus quod nullus audeat infra muros Terami in plateis et stratis publicis ludere ad staczel-

[1] Si scorge da questa rubrica come in que' tempi era nel suo pieno vigore la legge del bastone; solo dovea questo maneggiarsi con moderazione e senza che pe' suoi colpi sprizzasse il sangue. Non così per le indocili mogli, le quali era lecito *ex causa* anche vergheggiare a sangue.

las [1] proicere lapides, palaferra lanceas sive garbelloctas vel ludere ad zunos [2] sive bachittos vel cum arcubus ad palluctas aut sagiptas vel cum balistis trahere.[3] Et qui contrafecerit solvat vice qualibet decem soldos. Liceat tamen unicuique ludere ad staczellas parvunculas in plateis, et balistariis balistare ad versalia ad planum sancti augustini et in plano sancti angeli dominarum non tamen prope vias et plateas in planis predictis sub pena predicta. Liceat enim ludere in planis sancti benedicti.[4] Et de predictis Judex et notarius capitulorum inquirant.

### *De pena offendentis aliquem de numero sex de regimine - Rubrica XXIII.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua dixerit vel protulerit seu fecerit directe vel per obliquum aliquam iniuriam in vel contra personam alicuius de numero sex de regimine tempore quo fuerit in offitio et ipsa iniuria dicta vel facta talis fuerit quod concernat officium ipsorum sex et eorum honorem, vice qualibet puniatur arbitrio iudicis. Et penam illam quam dictus Judex dicta de causa contrafacienti imposuerit, possit de facto auferre camerario Terami assignandam, nullo ordine Juris etiam in hac parte servato.

---

[1] *Staczelle*, barbara traduzione latina dell'idiotismo teramano *stazze* o *schiazze*, ch'è voce indicante quelle piccole pietre piatte, delle quali alcuni si servono per giuocare. In buon toscano diconsi *piastrelle*, donde la frase: « fare alle piastrelle. » Noi usiamo « fare a schiazze. » De' giuochi medievali a Teramo e in altre città parliamo a lungo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte IV etica, Giuochi.*

[2] V. questa parola nel *Glossario* della *Parte VIII filologica.*

[3] S'intende chiaramente trattarsi qui di giuochi fatti per lo più con armi pericolose; ma non sapremmo meglio determinarli, per difetto di precisa nozione dei termini qui sopra usati. *Versalia* non veggiamo neppure registrato nel Du Cange. Allude forse a bersaglio?

[4] I tre piani qui mentovati di S. Agostino, di S. Angelo delle donne e di S. Benedetto sono gli attuali larghi innanzi le chiese di S. Agostino, della Madonna delle Grazie (già S. Angelo) e de' Cappuccini (già S. Benedetto).



### *De pena civis vel habitatoris Terami commictentis aliquod enorme delictum extra territorium infra confines regni - Rubrica XXIIII.*

Assisiam facimus quod si quis de Teramo vel districtu vel etiam habitator qui descriptus sit in libro fumantie [1] dicte civitatis a dicta civitate vel eius districtu discendendo iverit infra regni confines ad commictendum aliquod grave vel enorme delictum et demum redierit ad ipsam Civitatem sive districtum penam incidat ipso facto vice qualibet ultra constitutionum penam duarum unciarum quam penam Camerario Terami assignandam Judex qui tunc est et pro tempore erit de facto exigat et exigere faciat etiam omni iudiciario ordine pretermisso ad penam predictam.

### *De usuris non faciendis - Rubrica XXV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla in Teramo et eius districtu cuiuscunque gradus ordinis et conditionis existat publice vel occulte audeat vel presumat cum civibus et exteris usuras facere vel quomodo libet exercere. Et si quis vel si qua contrafecerit ad penam vigintiquinque librarum usualis monete camere Terami applicandam vice qualibet condempnetur et sit ipso iure infamis. Et Judex vel notarius capitulorum possint simul et separatim ex suo mero offitio vel ad denunctiationem alterius de predictis inquirere et repertos culpabiles condempnare et punire. Et proinde iuratos facere quorum cuius libet relationi credatur cum uno teste idoneo. Ac etiam iuramentum denunctiantis cum uno teste idoneo de predictis faciat plenam fidem. Et ad probationem dicti criminis admictatur et valeat testimonium illorum cum quibus quomodolibet fuerit usura contracta vel ad

---

[1] Era l'anagrafe di que' tempi. cioè il registro del numero de' fuochi, ossia delle famiglie e così chiamavasi forse dal fumaiuolo che ciascuna casa dovea possedere. In un registro municipale del 1532 citato dal PALMA, vol III, pag. 7, chiamasi *Fumante* il ruolo del numero de' fuochi.

usuram pecunia mutuata. Et denunctiator habeat quartam partem pene predicte et teneatur secretum. Insuper nullus notarius quovis modo Instrumentum usurarium conficiat sub pena predicta.

*De pena occidentis capientis vel modo aliquo sagiptantis ad columbos turrerios sive domesticos - Rubrica XXVI.*

Videtur materia et occasio hominibus Civitatis Terami habendi et construendi columbaria ad ornatum et utilitatem ipsius Civitatis Terami et hominum. Et ut columborum copia semper sit in Teramo et districtu presenti Assisia constituimus et ordinamus, quod nulla persona aucupetur vel aucupari faciat cum rete trapassu [1] vel alio ministerio sive instrumento cum quibus consueverunt et verisimiliter possent capi vel retineri columbi turrerii sive domestici. Nec etiam contra eos in turribus domibus vel palumbariis seu alis quibuscunque locis in Civitate et districtu stantes volantes vel ambulantes sagipta (*sic*) cum balista vel arcu quocunque neque eos infuget seu aliter occidat vel capiat. Contrafaciens vero aucupando ut supra est expressum vel balistando sagiptando sive palluctando cum balista vel arcu infugando capiendo vel occidendo de die in soldis quinquaginta, de nocte in soldis centum vice qualibet Camerario Terami condempnetur. Et de predictis credatur Juramento cuiuscunque denunctiantis. Hoc tamen in predictis addito et expresso quod habentibus columbaria et columbos venales necessitas videatur esse imposita quod vendere debeant et dare cuilibet emere volenti par pipionum domesticorum pro tribus soldis non domesticorum pro soldis duobus [2] pena vice qualibet

[1] « *Trapassus* (leggesi nel Du Cange). Deceptor, impostor, ut videtur, ab italico *Trappola*, decipula, dolus. » Vale a dire i lacciuoli per l'uccellazione, nel caso nostro.

[2] Si osservi in questo apprezzamento la differenza tra gli antichi e moderni valori e quindi tra lo stato nostro economico di allora e quello di adesso. Ad esempio oggi si paga quasi il quadruplo di ciò che si pagava quattro secoli fa.



decem soldorum contrafacienti cuilibet. Columbos vero corollinos [1] vocatos in columbaria aliqua muro et domo alicuius de Teramo vel cum aliis turreriis domesticis vel palumbarolis palumbis non existentes licitum sit unicuique occidere et contra eos sagiptare et palluctare sine pena et banno. Presenti etiam assisia istud duximus inserendum, quod etiam ad aliquas gallinas gallos capones vel etiam alios pullos quoscunque nemo audeat vel presumat cum balista vel arcu quomodolibet sagiptare sive palluctare vel eos aliquo modo infugare capere vel occidere. Et qui contrafecerit emendato dampno solvat bampnum vice qualibet viginti soldorum. Et similiter credatur iuramento cuiuscumque denunctiantis.

*Quod nullus uxoratus retineat concubinam.*
*Rubrica XXVII.*

Assisiam facimus quod nullus uxoratus in Teramo et eius villis retinere audeat concubinam nec aliquis solutus publice retinere audeat alicuius uxorem. Et si contrafecerit tam retinens quam retenta solvat penam centum soldorum. Et Judex qui pro tempore fuerit ac etiam notarius capitulorum teneatur in predictis inquirere et predictum adulterium seperare (*sic*) et predictas penas exigere sub religione prestiti iuramenti. Assisia alia loquente in contrarium non obstante.

*De non ludendo nec retinendo ludum taxillorum.*
*Rubrica XXVIII.*

Ex ludo taxillorum multa oriuntur scandala et delicta.[2] Hac igitur assisia duximus statuendum quod

[1] Tale addiettivo non trovasi registrato nel Du Cange. Potrebb' esso però derivare da *corolla*, collana, ed indicare i colombi guerniti il collo di collana.

[2] Avveniva allora pel giuoco de' dadi ciò che appunto accade a' tempi nostri per quello delle carte; di tanto ci ammaestra infatti l'inizio di questa rubrica. Sul giuoco de'dadi e su quello *a zara* (aczaridi) abbiamo già detto nella *Parte IV etica, Giuochi.*

nullus in Civitate Terami et eius districtu ludere audeat ad ludum aczaridi vel ad aliquem alium ludum taxillorum in quo vincatur vel perdatur pecunia vel res alie consistentes in pondere numero vel mensura. Et si quis contrafecerit si publice luserit et de die penam incurrat soldorum decem, si privatim et de die solvat penam viginti soldorum. Si vero publice luserit et de nocte penam incidat vice qualibet viginti soldorum. Si privatim et de nocte quadraginta soldorum. Et similes penas incurrant receptatores ipsorum ludentium in quolibet casuum predictorum. Et qui steterit ad ludendum ipsum ludum nisi ipsos denunctiaverit penam incidat si de die quinque soldorum si de nocte decem soldorum vice qualibet. Et si quis ludenti mutuaverit et pro mutuo pignus receperit, perdat quod mutuaverit et pignus restituere teneatur quod acceperit et in quantum mutuaverat in tantum universitati Terami condempnetur. Et de hiis omnibus credatur sacramento denunctiantis cum uno teste qui teneatur privatus dummodo quod sit homo bone fame, de quo stetur arbitrio Judicis. Ad alios vero ludos permissos et diebus permissis, videlicet dominicis et aliis diebus festivis s.[1] beate marie virginis, festivitatibus domini nostri iesu christi et apostolorum, Sanctorum Berardi et augustini, nullus audeat ludere ante tertias.[2] Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos duos, et credatur sacramento denunctiantis.

### *De pena opponentis se baiulo in executione pignoris vel tenute - Rubrica XXIX.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de civitate Terami et eius districtu audeat vel presumat se opponere alicui baiulo iuste vel iniuste misso per iudicem vel eius notarios ad accipiendum pignus vel tenutam capiendum in bonis alicuius quacunque ratione vel causa. Et si quis vel si qua contrafecerit non permictendo vel etiam sibi denegando pignus vel tenutam accipere si fuerit masculus quinque soldorum si femina trium soldorum vice qualibet de facto incurrat et ipsius baiuli relationi sine alia probatione credatur.

[1] Quest' *s* è posta qui dall' amanuense forse per significar *sancte* e senza che avvertisse la ripetizione che accade mettendo subito dopo *beate*. Però potrebbe dire anche *scilicet*.

[2] Cioè innanzi le ore 10 e mezzo del mattino, quando tuttora le campane del nostro Duomo suonano l' ora di *Terza* che debbono cantare i canonici.



### *De pena conficientis Instrumentum sindicatus aliter quod modo infrascripto - Rubrica XXX.*

Assisiam facimus quod nullus Judex nec notarius de Teramo aliquo alio tempore conficiat aliquod instrumentum sindicatus ex aliqua re vel causa in concilio vel in publico et generali parlamento Universitatis Terami nisi convocato et coadunato die dominico in palatio civilium dicte Universitatis more solito et die sabbati proxime precedenti bampnito[1] nisi causa necessitas immineret que differri non posset dicenda et arbitranda per Judicem. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet libras quinquaginta et nichilominus accusetur Justitiario per sindicum Terami et reficiat omne dampnum quod propterea Universitati Terami eveniret.

### *Quod nullus audeat se adherere alicui magnati vel barono - Rubrica XXXI.*

Assisiam facimus quod nullus de Civitate et districtu se adherere audeat alicui magnati vel barono nec aliquam operam auxilium vel favorem impendere, quod aliquis magnas vel baro per se familiam suam turbet statum pacificum Civitatis Terami, vel quod status pacificus dicte civitatis turbaretur, seu alicui persone private de dicta Civitate modo aliquo iniuriaretur seu

[1] Di qui si trae che le adunanze del general Parlamento del nostro comune accadevano ne' giorni di domenica. Ciò era naturale perchè appunto in essi giorni gli artieri, liberi dalle loro fatiche, poteano attendere al'e pubbliche faccende.

dampnum aliquod inferretur publice vel occulte. Et qui contrafecerit solvat libras vigintiquinque omni appellatione remota.[1]

*De non revelando secreta consilii - Rubrica XXXII.*

Assisiam facimus quod quicunque de Civitate Terami vel districtu deputatus ad concilia Civitatis ipsius alicui non revelaverit secreta concilii dicta et narrata deliberata sive ordinata in ipso concilio que secreta et pro secretis ex monitione inde et propterea per Judicem Terami facta vel fienda retineri debuissent penam incidat vice qualibet vigintiquinque librarum et privetur de concilio et numero quolibet dicte Civitatis per spatium quinque annorum si legitime convictus fuerit de predictis.

*De non tradendo nuptui aliquam patre carentem. Rubrica XXXIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de Teramo et eius districtu audeat auctoritate propria se intromictere dare et tradere nuptui aliquam mulierem patre carentem vel uxorem alicui patre carenti minori decem et octo annorum inrequisitis et inconsultis matre eorum et aliis suis proximioribus consanguineis quorum intersit maritare et in his prebere eorum assensum. Et si quis contrafecerit condempnetur vice qualibet in libris viginti. Et pena simili condempnetur ducens uxorem

---

[1] Questa rubrica contro i baroni aspiranti alla signoria di Teramo fa necessariamente (a chi è perito della storia cittadina) pensare al dominio degli Acquaviva duchi d'Atri sulla nostra città, la quale da pochi anni innanzi (1438) n'andava libera. Si sa poi, pe' patrii annali, quanto ebbero a patire i Teramani, anche nel susseguente secolo XVI. per farsi salvi dalle pretensioni dei suddetti Acquaviva che non sapeano più dimenticare l'antica loro dominazione. Frattanto è da notarsi che questi Statuti appunto sotto il dominio di un barone, siccome era allora in Teramo Francesco Sforza, furono compilati. Accadeva forse ciò perchè i Teramani da una parte, sicuri della breve durata di quella signoria, volevano così ovviare ai futuri pericoli per la loro libertà, e dall'altra lo Sforza, a cui sorridevano le grandi speranze di una potenza tanto più vasta de' nostri angusti confini, non curavasi troppo di consolidarla in Teramo?



ita tamen quod si negligentia seu dolus commicteretur per matrem aut consanguineos in diferendo ipsos maritare sive uxorare occasione usurpandi et percipiendi fructus bonorum ipsorum pro eorum commodo et utilitate, quod tunc dantes operam et intromictentes aliquam vel aliquem tradere nuptui vel uxorare bona fide ad penam ipsam minime teneantur.

*De pena periurii - Rubrica XXXIV.*

Assisiam facimus quod nulla persona audeat vel presumat scienter et temere deierare vel periurium quomodolibet commictere vel facere. Et si quis vel si qua scienter et temere deieraverit vel periurium quomodolibet fecerit sive commiserit compertus et convictus sive comperta et convicta degerasse (*sic*) in centum soldis per Judicem Terami vice qualibet condempnetur. Excepto iuramento calumpnie et cum respondetur articulis sive positionibus cum ordinarie aut civiliter proceditur in causis.

*De pena accusatoris accusam non probantis. Rubrica XXXV.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua accusaverit aliquem vel aliquam de aliquo excessu crimine vel delicto de quo punitio spectaret ad Judicem Terami vel ad notarium capitulorum pro quo probando oporteret testes inducere. Et ipse accusator non probaret excessum crimen vel delictum commissum esse per accusatum teneatur accusator vice qualibet ad penam viginti soldorum.

*De pena calumpniose accusantis et alias calumpnias commictentis - Rubrica XXXVI.*

Assisiam facimus quod si aliquis vel aliqua aliquam calumpniam evidenter commicteret denunctiando vel accusando aliquam personam seu aliqua animalia dam-

pnum dantia in re que non esset accusatoris vel denunctiatoris vel ius accusandi non haberet vel si se procuratorem alicuius assereret et non esset aut suum proprium nomen mutaret sive calumpniosum testimonium ferret, vel aliqua calumpniosa his similia faceret vel commicteret condempnetur vice qualibet in soldis viginti, dummodo quod Judex et notarius capitulorum de predictis se plene informent ut aliquis propterea non gravetur. Et idem intelligatur et fiat si de dampno in re propria dato quis accuset et dampnum aliquod evidens non appareat.

### *De dupplicatione penarum - Rubrica XXXVII.*

Quia locus et tempus et qualitas semper in delictis actenditur et exasperat ipsa delicta, hac itaque assisia constituimus et firmamus quod in omnibus et singulis maleficiis criminibus culpis excessibus et delictis in singulis capitulis Assisiarum totius voluminis ipsarum assisiarum comprehensis supra quibus per speciales assisias aliter non sit provisum infrascriptis rationibus et occasionibus pene dupplicentur et dupplicari debeant. Et primo ratione temporis, ut si commicterentur de nocte intelligendo noctem a primo sono campane maioris ecclesie que pulsatur de sero pro custodia Civitatis Terami usque ad sonum campane santi francisci que pulsatur in aurora pro signo diei.[1] Item dupplicentur et dupplicari debeant ratione locorum ut si commicterentur in maiori ecclesia aprutina predicta et in quacunque alia ecclesia sita in Civitate Terami et in platea fori et in palatiis civilium et criminalium[2] dicte civitatis

[1] Qui appar chiaro ciò che altrove più volte si accenna, cioè che il primo suono serotino della campana del Duomo accadeva sull' imbrunire (suono che oggi dicesi dell'avemmaria) e che l'alba veniva annunziata il mattino dalla campana di S. Francesco, chiesa ora detta comunemente di Sant' Antonio.

[2] Due erano dunque i palazzi pubblici in Teramo. Vedemmo già (nota 1ª alla Rubrica XXIV del libro I) il palazzo delle cause civili essere appunto quello comunale. Non sappiamo se quello delle cause criminali



ac etiam in dono habitationis domini locumtenentis domini thesaurii[1] et in claustro domini Episcopi aprutini. Item dupplicentur et dupplicari debeant cum commicterentur in presentia cuiuscumque ex officialibus Terami, et tam coram domino Capitaneo et eius officialibus, quam etiam coram Judice causarum civilium et notario capitulorum et eorum et cuiusque ipsorum officialibus, dupplicentur etiam si commicterentur in die fori videlicet singulis diebus sabbati.[2] Et cum concurrerent plures ex ipsis qualitatibus triplicentur non tamen quatruplicari possint.

### *De mitigatione penarum - Rubrica XXXVIII.*

Assisiam facimus ac firmamus quod in omnibus et singulis maleficiis iniuriis excessibus et delictis in presenti volumine circumscrtis supra quibus tam Judex quam etiam Notarius capitulorum et quisque simul vel separatim per se procedere potest. Et procederetur tam per accusationem et denunctiationem seu promotionem alterius quam etiam per inquisitionem ex mero officio. Et denunctiatus accusatus vel inquisitus sponte confiteretur maleficium excessum vel delictum de quo procederetur contra eum diminuatur ei medietas condempnationis propter ipsam confessionem et si infra quinque

era di proprietà oppur solo d' uso del municipio teramano; nemmeno conosciamo il luogo, ov' esso trovavasi. Da questo passo pur si scorge la piazza del fôro esser quella da noi chiamata oggi piazza *di sotto* o piccola o anche del mercato (*fori*). V. inoltre ciò che dicemmo sulle *Piazze* e sui *Palazzi pubblici* nello *Studio* su questi Statuti, *Parte X edilizia*.

[1] In luogo di *thesaurarii*.

[2] Nei sabati teneasi anche allora il mercato, donde il nome suddetto di *platea fori* dato al luogo principale del medesimo. Il celebre Campano, vescovo di Teramo, nella sua lettera al cardinal Ammannati, vescovo di Pavia, scritta poco dopo l'epoca di questi Statuti, parlando delle tre piazze che circondavano e circondano il Palazzo vescovile in Teramo, dice che « primum (forum) in quo animalia, alterum in quo merces veneunt; tertium a tergo macellarii. » La prima è dunque quella oggi detta grande, la seconda dicesi piccola o del mercato e la terza della verdura, perchè quivi di questa appunto si fa mercato.

dies a die excusationis vel contumatie contracte numerandos cum adversario suo seu cum parte offensa ad pacem et concordiam pervenerit quarta pars condempnationis, habendo respectum ad totam, remictatur eidem. Et que dicta sunt supra de beneficio confessionis et pacis locum non habeant in dampnis et guastinis, nec in inventionibus factis per notarium capitulorum et eius notarium ac etiam per notarium Judicis, nec in illis maleficiis et delictis quibus singulariter per formam alicuius assisie non imponitur maior pena decem soldorum.

---

## RUBRICE QUARTI LIBRI SUPER EXTRAORDINARIIS.

Rubrica

Rubrica



[1] Manca qui la parola *eiciant* che si trova innanzi nel testo.



Rubrica

Rubrica





Rubrica

Rubrica





Rubrica



[1] Queste due ultime rubriche sono scritte dalla medesima mano, ma con inchiostro diverso, e richiamano a due capitoli non numerati come qui nell' indice e posti in fine di tutto il volume, cioè al termine del seguente libro quinto, ove quindi fa d' uopo di andarli a leggere. Noi sappiamo che essi due capitoli furono aggiunti dal magistrato municipale dopo compilati i presenti Statuti, siccome espressamente si dice nel primo dei detti capitoli. (V. in fine del testo.)

RUBRICE FINIUNT

## INCIPIT LIBER QUARTUS.

---

*De modo et ordine recipiendi forenses ad citadinantiam in Civitate Terami - Rubrica 1.*

Quia Civitates ut plurimum ex incolarum frequentia suscipiunt incrementum. Igitur ut civitas Terami multiplicetur et dictim (*sic*) [1] augeatur de bono in melius, presenti Assisia constituimus et firmamus, quod quicunque voluerit civis effici Civitatis predicte prestet sive ponat fideiussorem pene sindicum Terami promissionem facientem, quod talis recipiendus in civem habeat in Teramo vel eius pertinentiis bona stabilia valentia ad minus libras vigintiquinque et de emptione ipsa Judex faciat quod sine colludio constet quod si fideiussor non observaverit solvat libras decem assisia de non recipiendo civem in fideiussorem pro forensi in hoc quomodolibet non obstante. Et ille pro quo fideiussit pro cive non habeatur. Qui novi cives ad incolatum venientes Teramum et ut supra recepti sint ipso iure exempti liberi et immunes quinque annis continuis a die eorum receptionis et iuramenti citadinantie per eos in antea computandis a custodiis diurnis et nocturnis a servitiis universitatis ab oneribus focylariorum et a quibuslibet aliis oneribus realibus et personalibus in Civitate Terami quinquennio imponendis preterquam a generalibus collectis per libras solvendis et tanquam veri cives effecti potiantur et singulis privilegiis immunitatibus exemptionibus et rebus omnibus quibus veri cives originales Terami potiuntur et gaudent. Et eis in dicto quinquennio nullum offitium dampnosum commictatur. Insuper bona stabilia ab ipsis civibus novis acquisita et empta in Civitate Terami et districtu vendi pro eorum voluntate donari vel aliquo modo alienari seu distrahi non possint. Et si quis contrafecerit venditio donatio vel alio modo alienatio seu distractio non teneat set sit penitus pleno iure nulla. Et sindicus universitatis Terami et debeat ipsam rem contra formam presentis assisie venditam donatam vel quomodolibet alienatam sive distractam in totum revocare et in bonis universitatis convertere et conservare. Et tam alienans quam etiam recipiens et ipsorum quilibet ipso facto ad penam decem librarum Universitati predicte inremissibiliter teneatur, dummodo quod tempore quo quis in civem recipitur hec Assisia sibi legatur et se subiciat huic Assisie, quod forensis qui civis fieri voluerit et bona in civitate vel eius districtu emerit vel quoquomodo acquisiverit bona ipsa aliis civibus vel forensibus revendere vel aliquo alio modo alienare non possit, nisi solum et dumtaxat forensi tali qui civis ipsius civitatis fieri vellet et cum effectu fieret. Et quod si contrafieret bona ut predicitur empta et vendita et pretium proinde conventum universitati Terami applicabitur ipso iure et facto, que clausula volenti intrare citadinantiam predictam extensive legatur, ne possit ignorantiam pretendere nec se gravatum sentire vel quomodolibet reputare. Et ad oviandum (*sic*) malitiis et fraudibus que quandoque vel amore vel gratia circa receptionem huiusmodi civium in preiudicium et dampnum dicte universitatis commicti consueverunt, recipiendo eos qui licet in ipsa Civitate annis complurimis incolatum habuerint, tamen de novo cives effecti cum fuerint ultra preterita tempora quibus in Teramo habitaverint ac si noviter venirent gaudent exemptione quinquennii presenti assisia inserimus observandum, quod deinceps in receptione ipsa talis ordo ultra formam supertraditam observetur, videlicet, quod omnes et singuli forenses recipiendi vel qui dein-

[1] *Dictim* non è registrato nel Du Cange.

ceps recipientur in cives Civitatis predicte, si in civitate ipsa per aliquod temporis spatium familiariter[1] habitaverint et aliquam industriam sive traficum in ipsa civitate retinuerint sive contraxerint vel in capite fecerint aliquod quodcunque exercicium lucrativum vel domum sive quamcunque aliam rem immobilem in ipsa civitate vel eius districtu emerint sive habuerint, illud temporis spatium semper computetur in summa dicti quinquennii et intelligantur et sint exempti pro residuo temporis tamen usque ad perfectionem dicti quinquennii. Et aliter recepti tam ipsi recepti quam etiam eos recipientes, videlicet, Judex Sex de regimine et sindicus universitatis et ipsorum quilibet penam incidat pro quolibet recepto libras decem dicte universitati applicandam, et nichylominus alter receptus semper ad dictam clausulam restringatur, quod rata temporis habitationis preterite et industrie sive trafici in ipsa Civitate contracti et facti vel exercitii lucrativi in capite facti et emptiones de re immobili facte semper computentur et intelligantur esse et sint in summa et de summa dicti quinquennii, non obstante Instrumento aliter de dicta receptione confecto, vel quacunque pratica seu consuetudine hactenus in contrarium observata quibus omnino per presentem assisiam volumus derogari.

### *De affrancationibus non retractandis - Rubrica II.*

Assisiam facimus quod postquam aliquis est liberatus vel affrancatus a servitia (*sic*) vel onere servitiorum et de ipsa affrancatione constet dominus qui sit de districtu civitatis, talis qui eum liberavit nec eius successor valeat eam affrancationem sive liberationem nullo modo postea revocare. Et si quis modo aliquo contra

[1] *Familiariter* qui debbe intendersi, a parer nostro, nel senso di abitazione con la famiglia, e ciò opiniamo fondandoci sui documenti dell' Archivio comunitativo di Teramo, ne' quali (v. ad esempio n. 4, *Atti privati*) si scorge concedersi la cittadinanza a quelli che si obbligavano a dimorare in città con le loro famiglie.



predicta fecerit vel actemptaverit solvat vice qualibet soldos triginta et ille cui dicta liberatio retractari voluerit unietur expensis universitatis Terami, et in sua possessione et libertate semper per Judicem et homines Terami manuteneatur et defendatur. Et e contra si quis nobilium[1] haberet aliquod Instrumentum in quo contineatur quod aliquis debeat sibi facere vel prestare servitium aliquod quod prestare nollet seu etiam repudiaret, cogatur per Judicem ad ipsum servitium faciendum seu prestandum nisi de affrancatione vel liberatione probaret, et nichilominus ad penam quinque librarum vice qualibet condempnetur. Et possit ille qui tenetur aliquod servitium recipere ab aliquo, ipsum coram Judice Terami convenire et compellere seu certo pretio affrancare. Et etiam dominus cogi possit per illum qui debet servitium. Et ad talem concordiam faciendam eligantur duo homines qui arbitrentur quantum dare debeat pro affrancatione predicta quorum arbitrationi si concordes fuerint omnimodo stetur. Et si fuerint discordes possint eligere tertium in cuius electione si concordes non essent eligat ipse Judex. Et terminationi ipsorum trium vel duorum ex ipsis indifferenter stetur. Et qui contrafecerit ad penam decem librarum, vice qualibet condempnetur. Quam assisiam Judex[2] pro tempore fuerit observari faciat suo vinculo iuramenti. Et cuilibet de Teramo et pertinentiis eius qui pro bonis que habet tenetur alicui servitia facere bona ipsa in totum vel in partem alienare non possit sine consensu illorum vel illius cui vel quibus servitia debentur non[3] reservatione servitiorum in alienatione

[1] Per nobili qui s' intendono i feudatari de' dintorni di Teramo. A costoro il comune di questa città assicurava, per viepiù allettarli alla dimora cittadina, l' esercizio di tutti i privilegi feudali inverso anche i loro vassalli, i quali pur se ne venivano co' signori in città per istabilirvisi. Lo stesso succitato documento del 1252 (Arch. com., *Atti de' Privati*, n. 4) è pruova di ciò. V. anche ciò che si è detto altrove (*Studio ec., Parte II giuridica*, § 3).

[2] Manca in questo luogo un *qui*.

[3] Dal contesto appare esser qui il copista incorso nell' errore di porre *non* invece di *cum*.

predicta. Et si ille cui debetur servitium recipienti alienationem suo consensu factam litem inferrent iuvetur ille cui lix inferretur expensis Universitatis et movens litem ad penam decem librarum vice qualibet condempnetur. Et nobilibus qui pacta habita de terris et vassallis eorum cum universitate Terami non servarent per universitatem ipsam promisse immunitates non serventur immo bona stabilia ipsis nobilibus per dictam universitatem donata per sindicum Terami revocentur et auferantur eisdem.

### *Quod Notarii redigant contractus in quaternis prothocollorum - Rubrica III.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli notarii de dicta civitate vel aliunde quos rogitus recipere et artem notarie praticare in dicta Civitate Terami vel eius districtu contingerit, statim recepto rogitu vel rogitibus teneantur et debeant illum et illos scribere et annotare in quaternis ordinatis prothocollorum ipsorum rogatorum notariorum in forma debita et consueta cum substantia et clausulis oportunis et consuetis. Et Judex civilium et notarius capitulorum qui sunt et pro tempore erunt singulis annis teneantur et debeant in consilio generali dicte civitatis propterea faciendo vocari facere et habere omnes et singulos notarios supradictos et illuc produci facere per eosdem quaternos prothocollorum ipsorum pro illo anno factos et videre una cum consiliariis supradictis compositiones et ordinationes prothocollorum et contractuum predictorum ita quod qui benefecerit commendetur, qui autem in aliquo defecerit ut puta quia contractum aliquem substantialiter non notaverit seu scripserit in quaterno redarguatur ac moneatur ibi, ut infra octo dies abinde futuros aut plures arbitrio iudicis conscribat et notent contractus eosdem, quos si infra dictum terminum non notaverint et scripxerint (*sic*), penam incidant quinque soldorum pro quolibet contractu quem ut supra moniti



non scripxerint. Et nichilominus cogantur scribere et adimplere ordinata predicta. Insuper quod quilibet notarius rogatus de quocunque contractu teneatur et debeat ad requisitionem eius ad quem spectaret infra terminum quindecim [1] proxime futurorum post requisitionem ipsam numerandorum cum salario in constitutionibus regni comprehenso de ipso contractu instrumentum reddere publicatum. Et qui contrafecerit penam incidat vice qualibet decem soldorum qua requisitus non restituerit.

### *De cogendis matonariis ad faciendum matonos. Rubrica IV.*

Assisiam facimus quod pinziarii [2] teneantur et debeant facere pinzios sive imbrices ad mensuram ipsis per Judicem et consilium Terami providendam et assignandam. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Et Judex et notarius capitulorum predicta sollicite exequi faciat in principio sui officii revidendo et assignando mensuras eisdem sub pena centum soldorum. Item quod Judex cogat matonarios ad faciendum matonos pro matonando plateis [3] et pro aliis servitiis comunis et satisfieri faciat eis per adiacentes ipsis plateis secundum deliberationem fiendam in generali consilio et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Item quod matonarii sive matonos facientes ipsos facere debeant in longitudine latitudine

---

[1] Manca qui evidentemente la parola *dierum*.

[2] *Pinziarii*, *pinzii*, voci derivanti dal nostro popolo, che tuttora chiama *pinci* i tegoli di terra cotta. Tali voci posson provenire dal latino (come tante altre del nostro dialetto), ad esempio da *pingere*, dipingere, figurare o ancor più probabilmente da *pinsere*, pestare, ridurre in polvere; ciò che appunto si fa della creta prima di darle la forma di tegoli, ec.

[3] Allora non si selciavano con le pietre (almeno in Teramo) le contrade della città, ma con mattoni posti a spinapesce, di che veggiam tracce tuttora in alcune nostre vie. Si noti intanto che in que' tempi, come ci prova la presente rubrica, si provvedeva in primo luogo a mattonar le piazze, mentre oggi invece vediamo la nostra maggiore priva di ogni lastricato.

et grossitudine. Et si quis contrafecerit solvat pro quolibet centonario soldos quinque, et pro rata plus vendant et vendere possint, ne ipsi vendentes in dampno versentur et murare habentes melius opus et minus sumptuosum ex eisdem facere possint, et similiter de imbricibus sive pinziis. Et quod debeant retinere formas cum quibus faciant mathonos et pinzios secundum formam quam de ipsis penes se habet notarius capitulorum, qui notarius sub pena sui prestiti iuramenti debeat eosdem matonarios sepe sepius visitare et videre si matonos et imbrices faciant sub forma predicta. Ab his autem excipiuntur quorum matoni quandoque ratione alicuius pluvie supervenientis dum iacent ad siccandum aliqualiter diminuuntur, quod constet ex inspectione ipsorum vel alterius testimonii fidedigni, quo casu ad penam aliquam non teneantur. Set debeant eos vendere pretio competenti et pro rata longitudinis latitudinis et grossitudinis eorumdem sub pena predicta. Et ad predicta fiant etiam Jurati, quorum relationi credatur.

### *De rugis claudendis et aperiendis - Rubrica V.*

Assisiam facimus quod omnes et singule ruge [1] civitatis Terami per quas posset dampnum alicui evenire commode per homines quorum sunt ad requisitionem cuiuscunque cui dampnum evenire posset claudantur infra terminum eisdem hominibus a Judice vel vialibus [2] statuendum. Et qui contrafecerint solvant pro quolibet et vice qualibet soldos decem. Et si propter eorum negligentiam dampnum alicui evenerit emendare teneantur, prout dampnum passus suo declaraverit sacramento. Et e converso quando ipse ruge essent clause

[1] Queste *rugæ* (traduzione barbara dell' italiana voce *roggia* o *gora*) par sieno le *rue aquarie* o canali delle vie, destinati ad accogliere l'acqua piovana. Ne parliamo a lungo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte V igienica, Canali di scolo, rue aquarie.*

[2] I *viali* erano magistrati preposti alla cura delle strade pubbliche, siccome si è visto nella Rubrica XXIX del libro I.



et propter ingurgitationem et retentionem aque pluvie descendentis ad ipsas domus sive muri alicuius adiacentis dampnificarentur teneantur et debeant adiacentes quorum interest eos aperire ad petitionem et requisitionem dampnum patientis infra terminum ipsis adiacentibus per iudicem statuendum in tantum quod ipsa aqua ex ipsis commode defluat labatur et ad vias publicas deveniat sub pena declarata superius.

### *De edificiis bancarum et aliis in publico constructis et construendis - Rubrica VI.*

Assisiam facimus quod si quis fecerit et habuerit de novo vel ab antiquo in plateis ante eius domum bancam [1] vel aliud hedificium, alius eius vicinus ex altera parte platee domum habens possit bancam et alia hedificia facere sicut eius vicinus fecit, qui vicinus si pati nollet predicta in totum omnes bance et hedificia facta removeantur hinc inde ita quod platea libera remaneat ab utraque parte. Et quod nullus excedat et amplificet domos et bancas suas ultra alias bancas et hedificia ab antiquo facta, nec menialia [2] et trasannas [3] faciat ultra medietatem platee, nec aliquam stangam apponere audeat que protendat ultra columpnas, contrafaciens vero solvat in quolibet casuum predictorum et vice qualibet soldos quinque. Et nichilominus edificata et apposita contra formam presentis assisie reducantur ad statum predictum debitum. Item si denunctiaretur Judici quod in aliqua platea fieret vel etiam hactenus factum esset [4] sive banca facta esset seu fieret propter quam vel quod transitus per plateam impediretur et platea artaretur, Judex ad petitionem adiacentium vicinorum possit aliud hedificium sive bancam facere

[1] Dal porsi qui la *banca* tra gli edifizi, da tutto il contesto della presente rubrica, e anche dal menzionarsi nella seguente gli edifizi di legno (*de assiatis*) si trae che questi banchi doveano essere murati.

[2] Starà forse invece di *menianum*, che in buon latino significa *poggiuolo*.

[3] V. la nota alla seguente Rubrica XVI.

[4] Manca qui certamente la parola *hedificium*.

amoveri et reduci ad arbitrium dicti Judicis et adiacentium recepto prius ab adiacentibus et vicinis iuramento de consulendo super his quod melius et utilius foret pro comuni utilitate Terami. Assisiis aliquis quibuscunque super hiis in contrarium loquentibus non obstantibus.

### *De novis hedificiis de assiatis vel lignis et arboribus super stratis existentibus - Rubrica VII.*

Assisiam facimus quod omnes illi qui fecerunt vel facere intendunt aliqua hedificia nova de assiatis vel stangas seu palos et camera (*sic*) cannas ante domos eorum facere vel apponere vel etiam infra super plateas debeant ipsa facere et apponere ita alta et remota a platea quod equites transeuntes et euntes ad ipsa hedificia non possint ea cum capite attingere, set libere transire valeant sine aliqua lesione. Et si quis contrafecerit et post monitionem Judicis non emendaverit solvat die qualibet qua in mora non emendando steterit sollos quinque. Et nichilominus ad mandatum Judicis hedificium emendare teneatur. Et que dicta sunt supra de hedificiis locum etiam habeant in arboribus pendentibus super viis et stratis publicis civitatis que in tantum tolli vel remundari debeant per ipsarum patronos sive dominos earum quod equites et alios transeuntes minime ledere possint sub pena predicta.

### *De non occupandis plateis et spatiis decurrentibus et existentibus secus muros civitatis - Rubrica VIII.*

Item assisiam facimus quod nullus occupet plateas et spatia designata inter muros Civitatis Terami et casarena et domos. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos triginta. Et nichilominus quod occupaverit restituere et relapsare teneatur. Et de predictis Judex et notarius capitulorum teneatur ad minus tempore sui offitii semel inquirere sub pena prestiti iuramenti.



### *De purgandis plateis - Rubrica IX.*

Assisiam facimus quod a kalendis maij usque ad kalendas octobris bis singulis quindecim diebus per intervallum septem dierum quilibet teneatur et debeat ante domum suam vel conductam usque ad medietatem platee purgare mundare et elevare de plateis omnem turpitudinem immunditiam letamen ossa cornua et alia offendicula existentia in ipsis plateis. Et purgatio ipsa fiat in sero post solis occasum et in obscuro. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet denarios duodecim et credatur sacramento denunctiantis. Insuper quod nullus et nulla audeat egestare in plateis rugis domibus et iuxta domos alicuius in Civitate predicta nec fenum ferrum proicere nec etiam mingere vel alias turpitudines facere in locis predictis. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque. Et de his omnibus credatur sacramento denunctiantis, et si petatur fiant Jurati in locis opportunis.

### *De non proiciendo loturas et alias turpitudines penes hostia domorum vel ex proferulis - Rubrica X.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat ex proaulo proferulo [1] at per hostium sue domus sive per versatorium domus proicere turpitudines loturas et putrida immundorum vasorum carnium aut piscium sive pulverem et immunditiam vel ex inde mingere vel alia offendicula proicere in plateis. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet et soldos quinque et dampnum emendet patienti et credatur sacramento denunctiantis. Item si quis vel si qua predicta vel aliquod predictorum studiose commiserit animo et intentione aliquem

[1] Tal voce non rinviensi nel Du Cange, ma essa dovrebbe esser derivata dal verbo *profero* e significar qualche parte della casa, donde si solesse gettare alcuna cosa, come a dire loggia o simile. Difatti nei celebri Statuti municipali di Viterbo del 1251 è detto chiaramente *proferulum* quel che ora chiamasi *balcone*.

vel aliquam deturpandi vel dedecus et iniuriam faciendi alicui seu contra aliquem vel aliquam transeuntem solvat vice qualibet soldos viginti et patienti dampnum emendet cuius sacramento si fuerit homo bone fame credatur cum teste idoneo. Et tantundem solvat dampnum sive iniuriam passo. Insuper quod nullus et nulla audeat egestare et stercus facere ante vel iuxta vel circa domos vel casarena alicuius per distantiam viginti cannarum vel etiam intus. Et contrafaciens solvat vice qualibet soldos quinque exceptis pueris et puellis qui et que ad dictam penam minime teneantur. Et super predictis fiant iurati per Judicem vel notarium capitulorum, quorum relationi stetur et habeantur privati. Et etiam notarii teneantur ire per terram exquirendo de predictis.

### *De non faciendo cavatas nec proiciendo paleas ut fiat fimus - Rubrica XI.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat facere cavatas infra muros Civitatis Terami et in viis decurrentibus ad fortes civitatis et in eis vel aliis cavatis proicere et coadunare paleas ut fimus fiat ibidem. Et si quis vel si qua contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque et credatur sacramento denunctiantis.

### *De non proiciendo pedes et cornua bobum et aliorum animalium et turpitudines alias in plateis - Rubrica XII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla proiciat pedes seu cornua bobum et aliorum animalium et carnem incisam de coriis nec scarnare coria nec aquam calcinariorum seu aquam tincte vel alias turpitudines proicere audeat in plateis vel rugis seu ad portas quaslibet civitatis predicte nec prope muros extra et prope ipsas portas nec in viis nec ad molendinum episcopi nec in terris alicuius. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem. Item quod si quis voluerit proicere



coria in forma ipsius molendini liget cornu ad palum per eum infigendum ibidem et si contrafecerit solvat vice qualibet penam predictam. Et quod nulla persona audeat portare per dictam civitatem vel in eius foro retinere aliqua coria cum pedibus. Et qui contrafecerit tam venditor quam emptor penam incidat vice qualibet pro quolibet corio duorum soldorum.

### *De foveis discopertis de novo fodiendis - Rubrica XIII.*

Assisiam facimus quod homines habentes foveas discopertas in plateis debeant ipsas bene et decenter reparare et discopertas recoperire sequenti die diei deguastationis vel diperitionis earumdem dummodo quod semper ne aliquis cadat in eis vel aliquod animal cadat aliquod lignum seu bonam et amplam tabulam aut cancellum in hore (*sic*) fovearum imponant et retineant. Et si quis contrafecerit emendato integrali dampno patienti cuius totaliter sacramento credatur solvat pro die qualibet et fovea qualibet quam discopertam retinuerit soldos decem. Item quod impetrata licentia a Judice de aliqua fovea fodenda terram quam ex ea extraxerit incontinenti exinde elevet ita quod platea remaneat sicut ante pena decem soldorum cuilibet contrafacienti et vice qualibet. Item quod in platea fori nulla sit fovea. Sed ibi eas habentes ipsas replere debeant pena pro quolibet contrafaciente centum soldorum.

### *De habentibus casarena in Teramo et in eis hedificantibus - Rubrica XIV.*

Assisiam facimus quod habens casarenum [1] in terra nova [2] Terami non hedificatum et aliquis vellet ipsum

---

[1] « *Casulinum, Casalenum*, ec., Gallis *Masure*, locus ubi Casæ ædificatæ fuerunt aut ædificari possunt. » E ancora « *Casarina*, Idem quod *Casa*, vel *Casæ* appendix, vel idem quod *Casalinum*. » Così il *Glossarium* del Du Cange. Tra noi valeva un recinto murato nel primo senso chiarito dal Du Cange. Questa rubrica dimostra che allora il civico maestrato intendeva all' aumento degli edifizi e della popolazione. De' *casareni* abbiamo pure parlato nello *Studio* su questi Statuti alla *Parte X edilizia*.

[2] Terranova diceasi quella parte della città posta a settentrione della

casarenum emere et ibi construere domum, teneatur ipsum casarenum vendere illi edificare volenti pro pretio condecenti dummodo quod in eo edificet infra annum a die emptionis casareni in antea computando nisi ipse dominus casareni penes Judicem fideiussorem poneret idoneum et se obligaret ad certam bonam penam sibi per Judicem imponendam, de faciendo cum effectu infra eundem annum domum ibidem cum terra nova predicta non pro casarenis set pro domibus constructa fuerit. Et si quis contrafecerit solvat pro pena vice qualibet soldos centum et nichilominus dictum casarenum vendere teneatur. Que assisia etiam in terra superiori et de foris locum habeat.

### *De lapidibus gentilibus et aliis de fluminibus non extrahendis vel asportandis - Rubrica XV.*

Assisiam facimus quod nemo in posterum audeat vel presumat per se vel alium seu alios publice vel occulte extrahere vel asportare de lapidibus gentilibus seu tibertinis [1] vel aliis lapidibus grossis aptis ad reparationem pontium iacentibus in fluminibus Trotini et Vitiole, videlicet a tufo pertusso (*sic*) molendinorum de maczonichis [2] in subtus et usque ad ecclesiam sancti angeli in populis,[3] videlicet ex parte trotini. Et ex parte vitiole a ponte de canalibus [4] similiter usque ad dictam

piazza grande e costruita dopo la distruzione di Teramo, avvenuta nel secolo XII, come tuttora chiamasi strada del fosso quella posta sull'antico e riempito fossato la quale scende ad occidente di detta piazza.

[1] Si chiamano travertine quelle pietre derivanti già dalle cave di Tivoli (l'antica *Tibur*) e delle quali son costrutti gli edifici di Roma. Presso noi, nelle vicinanze di Civitella del Tronto, v'ha cave abbondanti di pietre della stessa natura e perciò medesimamente chiamate. Con esse si fabbricò in Teramo da' tempi romani insino al principio del secolo; poi s'incominciò ad adoperare quelle di Manoppello nel Chietino siccome di grana più fina e di taglio più dolce.

[2] È certamente questo un nome proprio de' padroni di essi mulini.

[3] La Chiesa di S. Angelo *in populis* (ai pioppi) dev'esser quella tuttora esistente e posta a mezzogiorno di Teramo e sur una collina che si eleva a cavaliere del Tordino.

[4] Il ponte de' canali supponiamo sia quello che ancor oggi sormonta



ecclesiam. Et etiam nullus magister vel quivis alius audeat ipsos lapides rumpere ad petitionem alicuius propterquod ad petitionem pontoneriorum pontium. Contrafaciens vero in quolibet casuum predictorum solvat vice qualibet Camerario Terami pene nomine soldos centum applicandos in opere illius pontis sub quo lapides extraherentur exportarentur sive rumperentur. Et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste idoneo, qui denunctiator habeatur privatus et habeat de dicta pena soldos viginti. Et super predictis fiant etiam iurati.

### *De gayfis et trasannis ante domo faciendis - Rubrica XVI.*

Assisiam facimus quod unicuique de Teramo liceat gayfos seu trasannas [1] ante eorum domos et super apothecas facere et in publico extendere prout alii convicini sub pena et bampno. Et si quis vicinorum contradiceret solvat universitati Terami libras viginti nomine pene et gayfos et trasannas ante eius domos existentes statim removere debeat sub pena predicta. Et nichilo-

il Vezzola a settentrione di Teramo e al disotto della porta Vezzola. Il popolo lo chiama ponte degli impiccati; giacchè ivi presso soleva compiersi l'estremo atto dell'umana giustizia. Dal circuito de' fiumi, ove era vietata l'estrazione delle pietre, e dall'uso, che si prescrive dover farsi di quelle abusivamente cavate, si argomenta che le pietre di quel circuito erano riservate alla fabbrica e ai restauri de' ponti.

[1] *Trasanna* è traduzione barbara della voce teramana della stessa forma e risponde all'altra di buon conio *gronda* ch'è la estremità sporgente del tetto. L'altra parola *gayfus*, da noi non potuta rinvenire in alcun Dizionario, ma ch'è pur usata in qualche luogo d'Italia, come abbiamo mostrato altrove (*Studio ec., Parte X edilizia*), è press'a poco equivalente a *trasanna*, e forse esprime più strettamente *tettoia*, giacchè la veggiamo adoperata anche come soprapposta alle botteghe. Non conviene tacere il senso che alla parola *trasanna* si attribuisce nelle Marche e nell'Umbria, sia perchè può adattarsi al luogo qui sopra riportato e sia per le frequenti affinità dialettali fra noi e i Marchegiani. Eccolo secondo il *Dizion stor. amminist.* del Rezasco: « Sedile talvolta di muraglia fuori le case presso le porte da via » e « Loggia con sedili ove convenivano gli uomini per conversare. » Il Muzii però ce ne dà un'idea più chiara per noi, quando narra (Dial. VII, pag. 357) che il Mastro Portolano nel 1544 fece buttare a terra « le scalate ch'erano per le strade, e le trasanne e i Gaffi ch'erano nelle piazze, sopra le botteghe, et alcune nelle strade. »

minus predictus volens edificare vel habere gayfos possit ibidem, si quis in eodem vico sit habens.

*Quod nullus fodiat in viis et stratis publicis. Rubrica XVII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla fodiat in viis et stratis publicis vel vicinalibus nec iuxta vel subtus eas assumendo exinde lapides sive terram vel alia impertinentia faciendo sive proijciendo propter que dicta via vel vie verisimiliter deguastarentur. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque et plus prout Judici vel notario capitulorum visum fuerit. Et de dicta via cavata seu deactata stetur arbitrio notarii guastinarum et credatur sacramento denunctiantis.

*De non trahendo ligna per pontes Civitatis Terami. Rubrica XVIII.*

Assisiam facimus quod nullus audeat trahere ligna sive lapides super pontes Civitatis Terami. Et qui contrafecerit solvat pro quolibet ligno sive lapide soldos centum. Et adiuvantes ad ipsum lignum sive lapidem trahendum solvat pro quolibet et vice qualibet soldos decem, que pene convertantur in opere pontis per quem trahitur. Et omne dampnum quod inferrent propterea emendare teneantur. Et Judex sub religione prestiti iuramenti nemini det licentiam faciendi contra tenorem presentis assisie.

*De non occultando aliquem fontem - Rubrica XIX.*

Assisiam facimus quod quicunque occultaverit seu deactaverit aliquem fontem publicum seu vicinalem teneatur et debeat ipsum deactare et ad lucem et ad consuetum reducere cum introytibus exitibus et circuitibus eorumdem. Et qui contrafecerit solvat pro banno vice qualibet qua exinde denunctiatus fuerit soldos viginti et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste.



*De non faciendo cavatas in pendino fontis adolie. Rubrica XX.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli habentes terras seu vineas vel alias possessiones iuxta viam pendini fontis adolie [1] videlicet a fluminata trotini usque ad clausuram et iuxta alias vias, teneatur facere cavatas et ponticillos subtus et supra viam quatenus terra sua seu possessio protenditur, et ipsas totaliter remundatas habere et tenere, quod aqua pluvialis vel alia ipsi vie nocere non possit, et ipsa aqua taliter conducatur et derivetur, quod via incommodum non recipiat, de quo stetur provisioni et arbitrio notarii capitulorum vel vialium qui in dicta contrata pro [2] eligentur. Et si quis requisitus a quocunque adiacentium predicta non fecerit infra octo dies a tempore requisitionis numerandos teneatur vice qualibet ad penam decem soldorum, et nichilominus cavatam sive cavatas et ponticillos facere teneatur.

*De reparandis pontibus et fontibus existentibus in fluminatis trotini et vitiole - Rubrica XXI.*

Assisiam facimus quod omnes pontes ac etiam fontes publice existentes in fluminatis trotini et vitiole prope civitatem terami fiant reficiantur et reparentur per Universitatem Terami pro eo quod comunis utilitas tangitur et ne defectu spetialium personarum adiacentium ipsis edificiis valeant ipsa edificia deperire. Excepto quod si alique opere personales cum bestiis vel sine essent necessarie ad portandum arenam calcem vel lapides vel quid aliud opportunum ea fieri debeant per adiacentes si per eos commode fieri potest, que Judex una cum

---

[1] Su queste fonti e sulle altre nominate in questo Codice abbiamo ragionato nello *Studio* intorno ai presenti Statuti, *Parte X edilizia*, *Fontane*.

[2] Manca qui qualche parola, ad esempio un *hoc*.

sex de regimine inspicere habeat. Additum[1] presenti Assisie quod si quis vel si qua in dictis fluminibus foderet vel quomodolibet fecerit paratas seu cavatas cum colendis (?) fascinis aut aliter tam a parte superiori quam inferiori dictorum fluminum sive arenas vel lapides auferre sive asportare prope pontes et fontes constructos et forsan construendos hedificatos vel hedificandos in dictis fluminibus vel citra spatio decem et octo candarum[2] solvat vice qualibet contrafaciens sollos quinquaginta. Et si quid factum fuerit demoliri debeat.

### *De non retinendo stratas et plateas publicas ingomboratas - Rubrica XXII.*

Assisiam facimus quod quilibet facere volens aliquod edificium in Civitate Terami qui ob eam causam posuerit seu coadunaverit lapides ligna vel alia cementa in plateis publicis dicte civitatis vel alia quacunque causa seu occasione legitima ipsos lapides vel cementa operari in ipso edificio debeat et ex eis ipsas plateas et stratas disbrigare et disghomborare et disbrigatas et disghomboratas in totum relinquere et alibi dictos lapides et cementa reponere infra sex menses a tempore coadunationis facte in antea computandos ita quod transeuntes per ipsas plateas et stratas libere et sine impedimento aliquo transire possint. Et si quis vel si qua contrafecerit solvat camere terami augustalem unum et notarius capitulorum debeat sollicite inquirere de predictis et delinquentes punire iuxta tenorem presentis assisie. Hoc tamen addito et adiecto quod si edificans vel edificare volens non potuerit infra dictos sex menses dictum opus perficere et ad effectum ducere pro tunc

[1] Tutto questo tratto dalla parola *additum* alla fine della rubrica apparisce scritto posteriormente con inchiostro più chiaro, ma dalla stessa mano.

[2] L'amanuense avrà forse voluto scrivere *cannarum*. La canna è antica misura lineare de' luoghi nostri corrispondente a poco più di due metri. Essa proveniva da Napoli siccome più innanzi le Rubr. LXXXVIII e LXXXIX di questo libro espressamente dichiarano.



et eo casu sine aliqua pena ultra dictos sex menses in ipso opere murare et edificare possit et valeat et dicta cementa et lapides in dictis plateis et stratis retinere quosque dictum opus expletum fuerit dummodo Judici vel notario capitulorum liquide costet edificantes in opere predicto assidue operari et non sua diligentia et dolo dictum tempus labatur set sua impotentia vel occasione seu causa alia iusta quacunque se impeditum ostendat et Judici fidem faciat.

### *De aperiendo vias et stratas terre nove. Rubrica XXIII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli qui et que ceperint sive occupaverint stratas vel vias publicas terre nove et alibi ubicumque debeant ipsas aperire et in pristinum statum reducere usque ad octo dies post bampnum mictendum vel post monitionem Judicis eis fiendam. Et si quis contrafecerit, solvat pro qualibet via et vice qualibet soldos quadraginta. Et nichilominus teneatur disturare et aperire ipsas vias occupatas ac penitus relapsare.

### *De non faciendo turpitudines in carbonariis. Rubrica XXIV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat proicere vel facere aliquas turpitudines nec egestum ire a porta fontis de nuce in carbonariis supra fontem predictum usque ad domum fredi de podio. Et si quis contrafecerit, solvat vice qualibet soldos quinque.

### *De via vicinali mutanda ad voluntatem partis vicinorum - Rubrica XXV.*

Assisiam facimus quod si aliqua via vicinalis et publica esset per quam habiliter iri non posset et maior pars vicinorum vellet ipsam viam mutare, quod mutari

possit maiori parte vicinorum consentiente ita tamen quod ex ipsa mutatione nullus vicinorum gravetur et dicta via reformetur in melius.

*Quod calzolarii non eiciant aquam vulze in plateis.*
*Rubrica XXVI.*

Assisiam facimus quod nullus calzolarius vel alius audeat proicere aquam vulze [1] vel calcinarii suptus bancas vel in plateis. Et si quis contrafecerit, solvat vice qualibet soldos quinque et credatur sacramento denunctiantis.

*De non proiciendo cadavera putrida animalium mortuorum - Rubrica XXVII.*

Assisiam facimus quod cadavera putrida animalium mortuorum per aliquem vel per aliquam proici non possint infra civitatem Terami seu in stratis publicis nec etiam in carbonariis sitis prope portas et muros ipsius Civitatis. Set portentur et eiciantur in fluminibus Trotini et vitiole, dummodo quod non eiciantur prope pontes ipsorum fluminum per quadraginta cannas. Et qui contrafecerit solvat pro animali quolibet aliter proiecto, videlicet dominus ipsius animalis soldos decem, pro quibus ordinentur Iurati ad quamlibet portam qui contrafacientes ipsos referre habeant et teneantur privati.

*De turpitudine non facienda in fontibus et potatoriis.*
*Rubrica XXVIII.*

Assisiam facimus quod nulla mulier pannos abluat nec aliquis vel aliqua turpitudinem faciat in fontibus

[1] La voce *vulza* non rinviensi nel Du Cange. L' *aqua calcinarii* potrebb' esser quella satura di calce, che si adopera talvolta per purificare il cuoio. Non v' ha oggi nel nostro popolo alcuna parola che si accosti a *vulza*, se pur non vuolsi un po' la seguente: *Burzo*, che è il cuoio mal conciato. Vorrà esser forse quell' acqua imputridita dall' immersione de' cuoi, che tuttora usano i nostri calzolai?



iuxta vel prope fontes per duas cannas ad mensuram comunis nec lapides in ipsis fontibus proiciat, videlicet in fontibus de nuce gratiana bencivengha, de ponte vitiole et bonifilii et potatoriis eorundem. Item in fonte sancti leuterii [1] et omnium aliorum fontium de pertinentiis Terami. Et si quis vel si qua contrafecerit solvat vice qualibet penam duorum soldorum, et denunctiantis sacramento credatur. Item quod lucernaria fontis gensane discooperiantur et certa signa ibi ponantur, et eius cursus bis in anno evacuetur et purgetur.

*De non claudendo, occupando, capiendo viam semitam et cursum aque nec faciendo cavatas - Rubrica XXIX.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua clauserit ceperit seu occupaverit viam semitam vel cursum vel cavatam seu cavatas fecerit in quibus aque coadunarentur in preiudicium alicuius et exinde denunctiatus vel accusatus ab aliquo fuerit debeat aperire reaptare emendare et reficere ad mandatum Judicis vel notarii capitulorum et penam incidat vice qualibet decem soldorum et teneatur ad emendationem dampni, si propterea dampnum acciderit.

*De non laborando prope confines nec ipsos confines extrahendo - Rubrica XXX.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla laborare audeat seu laborari facere nec laborando se appropinquare confinibus et prope confines possessionum alicuius in Teramo et eius villis pertinentiis circum circa per spatium duorum palmorum ad minus, ad hoc ut ipsi confines in locis confixi et ipsa loca confinium semper ille (*sic*) remaneant (?). Item quod nullus et nulla audeat sine licentia illorum quorum sunt possessiones et terre in

[1] Di queste fonti abbiamo detto nello *Studio* su questi Statuti, *Parte X edilizia, Fontane.*

quibus confines existunt, aliquem confinem extrahere. Et qui vel que contrafecerit in quocunque dictorum casuum solvat vice qualibet soldos viginti et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste idoneo in quolibet casuum predictorum. Insuper quod si quis vel si qua laboraverit animo occupandi vel dampnum dandi captando fodiendo sive arando vel aliter laborando ultra lineam confinium de terra alicuius pro ut ipsi confines recta linea protenduntur solvat vice qualibet soldos decem. Et nichilominus quod sic laborando apprehenderit sive occupaverit libere dimictere et in statum pristinum relapsare teneatur, et dampnum emendare patienti, si quod dampnum evenerit.

*De non explanando limitem nec incidendo fractale. Rubrica XXXI.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua foderit disruperit vel aliquo modo explanaverit sive diruerit limitem alicuius seu fractale inciserit alicuius exceptis rubis [1] super vias vel ultra fines protendentibus seu lapides elevaverit, solvat vice qualibet pro pena soldos decem et tantundem dampnum passum pro emenda. Et si maius esset dampnum, teneatur recipiens probare, et secundum probata reficiatur eidem. Et sacramento denunctiantis credatur de omnibus supradictis.

*De non faciendo cavatas iuxta limitem terre alicuius - Rubrica XXXII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat facere cavatam in pede vel iuxta vel prope limitem terre alicuius spatio duorum palmorum. Et si contrafecerit solvat pro quolibet et vice qualibet soldos viginti. Et dampnum reficiat patienti, et nichilominus teneatur ad mandatum

[1] Cioè: i rovi. Il Du Cange scrive pure: « *Rubus*; Idem, nisi me fallo, quod Rubetum, locus rubis consitus, dumosus. »



Judicis replere cavatam. Item quod faciens cavatam profundiorem seu largiorem dicta mensura duorum palmorum, teneatur et debeat iuxta limitem vel terram alterius vel viam publicam vel vicinalem, ubi dictam cavatam faceret tantum spatium de terra sua relinquere quantum profunda et larga fuerit ipsa cavata. Et si contrafecerit solvat vice qualibet dictam penam.

*De non rumpendo formam alicuius molendini. Rubrica XXXIII.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua causa capiendi pisces vel quacunque alia causa disruperit vel deguastaverit formam alicuius molendini si de die in soldis quinque si de nocte in soldis decem pro quolibet et vice qualibet condempnetur et emendet dampnum patienti et credatur sacramento denunctiantis sive videntis.

*De non proiciendo coria sive pelles et non abluendo pannos in forma molendini notarii bartholomei de Toccho - Rubrica XXXIV.*

Assisiam facimus quod in forma molendinorum decorrente a ponte vitiole usque ad molendinum philippi francisci et aliorum patronorum dicti molendini nullus calzolarius vel quicunque alius audeat proicere coria sive pelles quascunque nec ibidem audeat aliqua mulier abluere pannos ne propterea forma dicti molendini rumpi valeat et quod aque fluere possint ad fontem existentem iuxta ortum quondam bartholomei de Toccho et ne preiudicium inferat dicto fonti. Et si quis vel si qua contrafecerit solvat vice qualibet soldos duos et credatur sacramento denunctiantis qui teneatur privatus.

*Quod porci certis temporibus per plateas ire non permictantur et quot porci retineri possint - Rubrica XXXV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla habens porcos vel scrofas in Civitate ipsos vel ipsas ire permictat

intus per dictam Civitatem, sed ipsos et ipsas clausos et clausas retineat infra dictos sex menses, videlicet Aprelis (*sic*), Maij, Junij, Julij, Augusti et Septembris. Et qui vel que contrafecerit, solvat vice qualibet qua porcus vel scrofa inventus vel inventa, relatus vel relata fuerit denarios duodecim, et dampnum quod inferret alicui emendare teneatur. Item quod in dicta civitate ultra numerum duorum porcorum sive porcarum pro quolibet foculari retineri non possint. Et qui vel que contrafecerit retinendo ultra dictum terminum solvat pro quolibet porco vel porca die qualibet carolenum unum de argento et credatur sacramento denunctiantis. Hoc tamen salvo quod liceat patronis porcos vel porcas retinentes et ducentes in pascuis ipsos et ipsas ducere extra et reducere intus civitatem ipsos clausos teneat sine pena. Et quod nulla scrofa cum porcellis retineatur et ire permictatur per dictam civitatem ad dictam penam.[1]

### *De non capiendo locum in foro Terami una die pro altera - Rubrica XXXVI.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla mercator vel vendiricula[2] seu calzolarius vel alius artifex possit nec debeat capere locum et bancam apponere vel alia parere in foro Terami una die pro altera die sequenti. Set ea die qua forum fiet de mane in hora matutinali episcopatus liceat locum capere et bancam habere in ipso loco fori. Et primo occupanti locus concedatur. Et contrafaciens solvat vice qualibet denarios duodecim. Et quod calzolarii faciant sive dimictant bonam et amplam viam per passum unum et medium recto tramite inter

[1] Il sozzo costume di allevare e nutrir domesticamente entro la città gli animali immondi durò, senza limiti di tempo, fino a questi ultimi anni, allorquando un decreto municipale il tolse del tutto. Era davvero indecoroso il veder quella torma di maiali entrar per la Porta Romana e spandersi, talvolta con danno delle persone, pe' vari quartieri della città.

[2] Barbaro latino tolto dal nostro vernacolo che chiama così la rivendugliola.



eorum bancas et scalas ecclesie aprutine[1] sicut decurrit usque ad apothecam laurentii petri gualterii, et quod a dictis apothecis et a domo nicole martini usque ad forum ponant banchas secundum arbitrium Judicis vel notarii capitulorum.

### *De non retinendo colum per vendentes panem et alia commestibilia - Rubrica XXXVII.*

Assisiam facimus quod nulla panifacula seu panem vendens vel venditrix fructuum sive pomorum et aliarum rerum comestibilium in foro Terami audeat penes se retinere colum[2] dum predicta retinet ad vendendum. Et similiter mulieres ad emendum predicta forum adeuntes colum fecum portare non debeant. Et que contrafecerit in quocunque casuum predictorum solvat vice qualibet denarios sex. Super quibus fiat unus Juratus cuius relationi credatur.

### *De non retinendo ad vendendum candelas cereos vel incensum fittitium et simulatum - Rubrica XXXVIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla retinere ad vendendum candelas cereos vel incensum refactum fittitium sive simulatum, set candelas et cereos absque suffisticatione et incensum album approbatum retineat. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos quadraginta. Et semper cera laborata vel non laborata vendatur et ematur ad pondus grossum, contrafaciens vero solvat vice qualibet dictam penam. Et ad accusationem huiusmodi delinquentium dummodo quod sit homo bone fame quilibet admictatur. Et notarius ca-

[1] Ne' mercati e nelle fiere questo posto, già occupato dai calzolai, è ora riservato ai ramai e stagnai.

[2] *Cola* (una delle tante voci latine del nostro dialetto, da *colum*, colatoio) chiamiamo noi quel vaso di legno a foggia di cono tronco che serve per lo scolo delle fecce vinose poste entro sacchi, e che si tiene sospeso a qualche fune. *Colo*, registra il Rigutini, per un vaglio con buchi larghi. *Cola* o *Calza* è ivi detto il sacco nel quale si cola il mosto.

pitulorum semper de predictis inquirat pena unius augustalis si negligens fuerit Universitati Terami applicandi.

*Quod nulla mulier choros et scalas ecclesie aprutine ascendat - Rubrica XXXIX.*

Assisiam facimus quod nulla mulier audeat intrare et ascendere choros et scalas ecclesie aprutine causa standi ibidem nec sedere in scandis magnis eiusdem ecclesie cum elevatur corpus christi vel dum missarum solennia celebrantur, pena cuilibet contrafacienti in quocunque casuum predictorum et vice qualibet sex denariorum. Que assisia locum habeat in ecclesia sancti francisci quod nulla mulier audeat intrare dum divina officia celebrantur a choris in quibus existunt fratres ad cantandum divina officia infra versus altare magnum ipsius ecclesie prout protenduntur chori predicti ad dictam penam.[1]

*De portis aperiendis per portanarios pro necessitatibus hominum - Rubrica XL.*

Assisiam facimus quod portanarii retinentes claves portarum Civitatis Terami teneantur et debeant tempore pacis de nocte post tertium sonum campane portas ipsas cum opus fuerit aperire civibus mercatoribus et aliis hominibus bone fame cum eos de foris venire contingat. Et similiter si contingerit aliquem civium perdidisse aliquod animal vel animalia aliqua, vel aliam aliquam necessitatem quis haberet extra civitatem eundi quod dicti portanarii teneantur et debeant eis portas aperire. Et si quis portanariorum contrafecerit in pre-

[1] La podestà municipale, in que' tempi in cui le incombenze delle varie autorità non ben distinguevansi, si estendeva perfino nell' interno delle chiese, siccome ci mostra questa rubrica. Notiamo qui pure che da questa e da altri capitoli de' presenti Statuti, ove si mentova la Chiesa di S. Francesco (ora detta di S. Antonio), si trae che essa era riguardata come principale dopo il Duomo.



dictis nisi iustam et excusabilem causam haberet, solvat vice qualibet soldos quinque et credatur sacramento denunctiantis.

*De non macerando linum et canepam infra has synaytas.*[1] *Rubrica XLI.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat macerare linum vel canepam neque facere lacus a iunctura fluminum vitiole et trotini versus Teramum usque super molendinum Simeonis venantii superius ex parte Trotini a iunctura fluminum super usque ad capud (*sic*) serte molendinorum de massanichis. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti de quibus denunctiator habeat quartam partem. Item quod patroni lacuum recipiant pro maceratura de quinquaginta unam. Insuper quod nullus audeat macerare linum seu cannepam a capite aque molendinorum sancti lotherii ad campora usque ad rivum de canalibus. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet dictam penam. Et per hanc assisiam non derogetur Juribus locuum consuetorum licet non existentium in dictis fluminatis. Item quod nullus et nulla audeat rumpere vel rumpi facere seu etiam expandere linum vel cannepam in plateis et per plateas Terami ubicunque exceptis infrascriptis locis in plateis sancti angeli, videlicet a platea que decurrit iuxta domum Nicole armandi recta linea usque ad portam fontis de nuce inferius versus planum sancti angeli sancti augustini et sancti benedicti[2] or-

[1] Nella recente opera dell' avv. Raff. Foglietti, *Il Catasto di Macerata del 1268* (Macerata, 1881), troviamo il territorio di quel Comune diviso in cinque *Senayte*, ossiano zone concentriche. Il Du Cange ha poi soltanto *Sinaida* con la seguente glossa: « Incisio facta in arboribus ad limites designandos, a Saxon. *Snidan*, incidere, secare. » Anche nel caso nostro questa voce è posta in senso di confine, zona e simili, come ha pure il Rezasco, *Diz. stor. ammin.*

[2] Cioè, giusta i nomi presenti della topografia teramana: dal largo della Madonna delle Grazie (S. Angeli), girando a settentrione le mura della città, pel largo di S. Agostino (probabilmente a nord della Chiesa

tibus domibus et casarenis ipsorum vel ipsarum rumpentium, dummodo preiudicium non fiat alicui occasione infirmitatis. Et in singulis capitulis supradictis contrafaciens solvat penam vice qualibet quinque soldorum et credatur sacramento denunctiantis. Et quod nullus et nulla audeat macerare linum vel canepam in villa sancti Elutherii (*sic*), videlicet a quatraginta cannis infra et citra ecclesiam sancti petri, et qui vel que contrafecerit solvat predictam penam. Item quod quilibet de Teramo pro suo arbitrio possit voluntatis macerare sive curare et curari facere linum sive cannepam in alveo fluminis Trotini, videlicet in valle Sabbati a terra sancti Johannis usque ad lamas corradi de Canzano non obstante quod aliquis lacum ibi fecerit, cum usus talis lacus sit et esse debeat publicus et comunis. Et similiter licitum sit unicuique macerare et curare in dicta fluminata Trotini, videlicet a tufo pertuso molendinorum de massonichis super et a iunctura fluminum Vitiole et Trotini subtus non obstante qualibet alia assisia loquente in contrarium.[1]

### *De pannis non expandendis per fractas nec torquendis ad palos - Rubrica XLII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat expandere pannos lotos in fracta possessionis alicuius nec eos torquere ad palos vel cancellos alienos. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet denarios duodecim.

---

ove ora esistono orti murati), insino al largo de' Cappuccini (S. Benedicti). Insomma nel lato esterno e settentrionale (in gran parte) di Teramo, ove le esalazioni provenienti dal lino e dalla canapa erano meno perniciose; anche perchè, dee credersi, erano lontane le abitazioni.

[1] De' luoghi nominati in questa rubrica, S. Eleuterio e S. Pietro, detto anche *ad Lacum*, sono villaggi tuttora esistenti e noti presso Teramo. Gli altri erano possessi privati di cui è impossibile ora determinar l' ubicazione. Alcuni veggonsi mentovati anche nelle antecedenti rubriche di questo stesso libro. (V. ad esempio Rubr. XV, del lib. IV.)



### *De pannis sive indumentis per mulieres certis temporibus non traxinandis - Rubrica XLIII.*

Assisiam facimus quod nulla mulier audeat traxinare pannos per terram, videlicet indumenta infrascriptis temporibus, videlicet a kalendis aprilis usque ad kalendas octobris. Et si qua contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti.

### *Quod nullus se actet ad modum carlassarii nec se vestem muliebrem induat - Rubrica XLIV.*

Assisiam facimus quod nullus audeat se actare et sibi imponere aliquem vultum simulatum ad modum carlassarii, ut olim antiquis temporibus fieri consuevit nec masculus quocunque tempore sibi induere muliebria vestimenta. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos centum. Et ad eandem penam ad dictos actus exercendos ipsa vestimenta mutuans vice qualibet teneatur. Et Judex et [1] capitulorum teneatur predictis inquirere.[2]

### *De monopoliis non fiendis - Rubrica XLV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de quacunque arte vel mercantia sive de quibuscunque rebus audeat facere aliquod monopolium sive prostumam.[3] Et si quis contrafecerit solvat penam vice qualibet vigintiquinque librarum. Et Judex et notarius capitulorum

---

[1] Manca qui la parola *notarius.*

[2] Una rubrica similmente divietante le maschere ed i travestimenti vedemmo già nel libro I di questi Statuti (Rubr. LXIII, lib. I). Avvertasi però che essa rubrica fu aggiunta posteriormente alla compilazione del volume, siccome quivi dicemmo in apposita nota. Qui però si parla dell' uso di « antichi tempi. » Erano stati forse i pericoli delle fazioni la causa dell' abolizione?

[3] *Prostuma* non è registrata nel Du Cange, ma dev' essere equipollente a *Monopolium,* come appare dal testo.

possint et debeant super predictis inquirere etiam sine aliquo promotore vel denunctiatore. Et etiam super hoc fiant spetiales iurati quorum relationi credatur.

*Quod nemini liceat adire forum seu numpninas extra districtum Terami infra certum spatium - Rubrica XLVI.*

Ad hoc ut forum in Teramo frequentius sit personis et rebus copiosius, Assisiam facimus et firmamus quod nullus et nulla de Teramo et districtu ire audeat vel presumat ad aliquod forum vel numpninas ad emendum vel vendendum aliquod in eisdem extra districtum terami, nisi forum ipsum vel numpnine distarent ab ipsa Civitate per spatium decem miliarium vel ultra. Et ad ipsum vel ipsas non accederent die fori Terami, vel die precedenti contrafaciens solvat penam vice qualibet quinque librarum cuius pene medietas sit denumptiatoris. Et Judex et notarius capitulorum qui pro tempore fuerint eorum vinculo iuramenti de predictis inquirere teneantur pena decem librarum si negligentes fuerint.

*Quod licitum sit mercimonia appendere ante domos. Rubrica XLVII.*

Assisiam facimus quod licitum sit unicuique sua mercimonia appendere et tenere ante eius domum sive apothecam propriam vel conductam et in stanga prout et videbitur usque ad gayfum et infra sive aliqua pena et banno.

*Quod liceat mulieribus pannos lavare sub ponticulo existenti sub infrascripto molendino - Rubrica XLVIII.*

Assisiam facimus quod licitum sit unicuique mulieri de Teramo lavare pannos sub ponticulo existenti super molendinum corradi de canzano, videlicet intra dictum ponticellum et dictum molendinum sine aliqua pena.



*De plateis publicis non occupandis - Rubrica XLVIIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de Teramo vel habitans in Civitate Terami possit nec debeat claudere stratam publicam seu plateam publicam dicte Civitatis et spetialiter stratam publicam que est intra ortum damiani bartholomei gullgiemi (*sic*) et ortum gualterii prope et vadit usque ad menia civitatis Terami. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos centum. Item quod nemo recolligat sive vertat aquam pluvialem decurrentem per plateam in preiudicium fontium ac etiam vicinorum. Et quod super dicta assisia eligantur sex homines qui una cum Judice vel notario capitulorum habeant providere de aqua que decurrit per plateam sancti spiritus usque muros dicte civitatis, videlicet inter ortum damiani gualterii prope Jacobum nicolai caprarii, muctii rogerii et heredum petri catharitii et ortum uxoris factiboni et Jacobicti Johannuctii natalie, quibus non liceat in eorum ortis dictam aquam in preiudicium fontis.[1] Et quod dicti eligendi providere tantum habeant de cursu aque predicte.

*De funicillis per plateas publicas Civitatis Terami non expandendis - Rubrica L.*

Assisiam facimus quod mercatores nec alia quecunque persona possint nec debeant ponere expandere vel extendere funicillos in plateis publicis Civitatis Terami. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos centum. Et quod dictum est de supra de plateis publicis intelligatur de platea fori super tribium ante maiorem ecclesiam Civitatis prefate et a latere ecclesie dicte.[2] Et super predicti fiant spetiales iurati, quorum relationi credatur.

[1] Manca qui la parola *sumere*.

[2] In questo luogo notisi come ben sieno determinati i principali spazi della nostra irregolare piazza del Mercato e come essi sieno precisamente gli attuali. Osservisi altresì che il trivio, che fa capo a questa piazza, vien detto qui con barbarismo *tribium* rispondente alla nostra voce dialettale *tribbio*.

*De toppo sive filato lini vel cannape in candelis vel cereis non mictendo - Rubrica LI.*[1]

Assisiam facimus quod spetiarii vel quicunque alii facientes et vendentes candelas vel cereos de cera non possint nec debeant in ipsorum vel ipsarum papiris[2] immictere vel quomodolibet immiscere toppum[3] vel filatum de lino vel cannepa, sed ipsos papiros simplices facere tantum bombice filata pura et munda. Et qui vel que contrafecerit in predictis penam solvat vice qualibet soldorum centum. Et super predictis Judex et notarius capitulorum possint inquirere et delinquentes quos invenerint punire et condempnare. Et etiam fiant exinde iurati, quorum relationi credatur.

*Quod ramen laborantium simul cum ferro ponderari et vendi non liceat - Rubrica LII.*

Assisiam facimus quod caccabellarii[4] et alii facientes seu exercentes artem raminis et ramem quomodolibet vendentes in Civitate Terami non possint nec debeant simul cum vasis de ramine ascendente ad pondus unius libre cum dimidia, vel abinde super ferrum simul cum ramine ponderare et vendere sub pretio et ad pretium raminis. Et si quis contrafecerit in predictis penam incurrat vice qualibet quadraginta soldorum Universitati Terami applicandam. Abinde vero infra vendere possint.

[1] Qui al margine si scorge disegnata a penna una candela che, mostrandoci la forma allora usata, ci ha mossi a riprodurla nell'*Appendice* al nostro *Studio* su questi Statuti.

[2] Qui il *papirus* non è il celebre *papyrus* egizio, ma il lucignolo delle candele.

[3] *Toppo* dicesi tra noi volgarmente ciò che prima cade nella cardatura della canapa e del lino.

[4] Altra barbara traduzione latina proveniente dal vernacolo *caccarella*, nome che dassi ad un ampio e profondo tegame per lo più di rame e ad uso di cucina. V' ha però il classico *caccabulum* (dal greco κακκάβιον), che vuol dire: paioletto, pentolina e *caccabus* (κακκάβος) painolo, pentola. *Caccavo* si trova nel *Vocab. metod. ital.* dello ZANOTTO (Sez. Agricoltura), per caldaia, ove si caglia e si cuoce il latte.



Et quod super dictis Judex et notarius capitulorum inquirat (*sic*). Et etiam fiant iurati quorum relationi credatur.

*De non comburendo fecem prope civitatem Terami. Rubrica LIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla possit nec possit[1] comburere seu comburi facere fecem intus nec prope civitatem Terami per iactum unius communis et bone baliste. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet quadraginta soldorum.

*De nuptiis et conviviis sub certo ordine limitandis. Rubrica LIV.*

Assisiam facimus et ordinamus quod in nuptiis et conviviis fiendis in posterum in Teramo et districtu hic ordo servetur, videlicet quod quilibet ducens uxorem ac etiam tradens nuptui filiam neptem sororem vel aliam quamcunque sibi quomodolibet actinentem seu etiam prorsus extraneam et proinde nuptias seu convivium faceret sive pararet, ad ipsum convivium seu nuptias quotcunque velit convocare seu invitare possit, qui tamen convocati vel etiam non vocati ad ipsas nuptias seu convivium accidentes actinentes vel etiam non actinentes ipsi facienti sive paranti nuptias vel convivium seu sponse vel aliqui ei pertinenti aliquo quesito colore publice vel occulte in pecunia vel rebus et presertim in salivatis[2] aliquid non mictant ensenient[3] largientur vel donent. Et si quis vel si qua contrafecerit in predictis ad penam quadraginta soldorum vice qualibet condempnetur. Et quod etiam post nuptias

[1] Avrà qui forse l'amanuense voluto scrivere *audeat* giusta il solito.

[2] Il termine che nel Du Cange più si accosta a questo è: « *Salivarium*, Linteum excipiendæ salivæ destinatum; Gall. *Buvette.* » Supporremo noi dunque trattarsi qui di fazzoletti.

[3] Troviamo nel Du Cange: « *Ensenium*, *Exenium*; idem quod *Xenium*, Munus, Donum, oblatio, atque adeo quævis præstatio vel tributum sub nomine doni » e « *Exeniare*, dona conferre. » V. per *affidantia, confectiones, circellis* il nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte IV etica, Vesti ed ornam. fem.*

factas vel convivium et infra quindecim dies proxime subsequentes nullus et nulla audeat aliquid ipsi sponse seu maritate vel alteri eius nomine per se vel alium publice vel occulte vel aliquo quesito colore donare largiri vel enseniare exceptis domesticis ipsius sponse vel maritate, quibus et donare liceat pro libito voluntatis. Et si quis vel si qua contrafecerit tam dans sive donans quam etiam recipiens condempnetur in pena predicta. Et Judex vel notarius capitulorum de predictis sollicite inquirat et contrafacientes condempnet pena sui prestiti iuramenti, ut consuetudo dampnosa penitus tollatur in Teramo, nuptie fiant de proprio et invitati minime aggraventur expensis. Item quod nulla persona de Teramo et districtu convivium aliquod audeat vel faciat a die subarrationum [1] vel a die facti convivii nuptiarum seu sponsalitiarum in antea occasione dictarum subarrationum nuptiarum seu sponsalitiarum ut fuit olim consuetum in Teramo usque ad duos menses ad dictam penam quadraginta soldorum quam vice qualibet contrafaciens incurrat. Insuper quod quando alique affidantie fient publice vel privatim nullus et nulla audeat dare vel impendere euntibus ad ipsas affidantias vinum confectiones vel electuarium seu alia aliqua commestibilia ad penam predictam. Et super omnibus et singulis suprascriptis fiat spetialis inquisitio et iurati. Et Judex teneatur hoc capitulum facere inviolabiliter observari.

*De non dando donum alicui persone pertinenti sponse vel sponso - Rubrica LV.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla persona de Teramo et eius districtu ex parte mariti, nec etiam

[1] Nel Du Cange troviamo un sol termine, che possa convenire a questo luogo, ed è: « *Subaratus*, subscriptus, infrascriptus. » Così intenderemo noi *Subarratio* per la sottoscrizione de' capitoli nuziali, la qual precede comunemente la celebrazione del matrimonio. Chiarisce ciò forse meglio una delle leggi di Liutprando (V. 1): « Cum anulo eam subharrat. » Per *anellamento* interpreta anche il Rezasco, *Dizion. stor. ammin.*



ipse maritus possit nec debeat donare seu aliquod donum sive ensenium mictere alicui persone pertinenti uxori sue iuxta morem et consuetudinem Civitatis Terami nisi ipse maritus uxori sue tantum et aliis personis existentibus in assidua residentia et cohabitatione domus ipsius uxoris. Et e contrario uxor vel alia persona pro ea non possit nec debeant mictere nec donare aliquod donum alicui persone suo marito pertinenti nisi ipsi suo marito et aliis personis in domo mariti in assidua residentia et cohabitatione stantibus. Excepto quod cives possint in ipsis nuptiis a quibuscunque forensibus quecunque dona recipere sine pena et bampno. Qui vel que autem contrafecerit in aliis casibus suprascriptis penam incurrit vice qualibet centum soldorum.

*De pernis non ferendis - Rubrica LVI.*

Assisiam facimus quod nulla domina sive mulier de Civitate Terami et districtu cuiuscunque status et conditionis existat audeat vel presumat super se portare in dorso capite vel cintura pernas [1] aliquas exceptis domicellabus desponsatis que die qua ducuntur ad ecclesiam ad desponsandum ac etiam per octo dies immediate sequentes, item et die qua pro prima vice reinvitantur a parentibus vel aliquo ipsarum consanguineo propinquiori in ghirlandis et coronis anulis circellis et a correctis pernas portare valeant. Et que contrafecerit ad penam decem librarum vice qualibet.[2] Et credatur iuratorum relationi super predictis spetialiter ordinandorum.

*De modo faciendi nuptias et convivia - Rubrica LVII.*

Assisiam facimus quod si quis uxorem disponsaverit et in nuptiis convivium consanguineis vicinis vel

[1] Le perle, cioè. — Nel *Glossario* del Du Cange alla voce *Pernæ* leggiamo: « Vulgo *nacre de perles* — Ita vero Latinis dictæ conchæ marinæ, e quibus colliguntur margaritæ, seu uniones, quo inde *Perlas* vocamus, quasi pernulas. » V. nota 1 alla Rubr. LXII del lib. I.

[2] Manca qui la parola *condemnetur*.

amicis seu quibuscunque aliis parare voluerit tantum unum prandium eis possit impendere. Et die sequenti aliud prandium in convivio parare possit infrascriptis personis, videlicet domesticis uxoris sue et unde sua uxor desponsanda exivit, parentes, fratres, sorores et congnatos carnales patruos avunculos ac etiam nepotes carnales tam ex parte uxoris quam ex parte mariti. Et si quis contrafecerit in plura prandia preparando vel plura convivia faciendo, teneatur vice qualibet ad penam vigintiquinque librarum. Et credatur relationi iuratorum et supra.

*Quod ambassiator missus pro negotiis Universitatis nullum aliud negotium procuret - Rubrica LVIII.*

Assisiam facimus quod nullus qui micteretur et iret pro aliquibus negotiis Universitatis Terami tam pro sindaco quam etiam pro nunctio spetiali audeat se intromictere seu aliquam ambassiatam suam vel alterius facere vel aliquod aliud negotium procurare nisi solummodo ambassiatam et negotium pro quo missus est pro parte dicte Universitatis. Et si quis contrafecerit restituto Universitati salario quod perceperit penam incidat vice qualibet vigintiquinque librarum. Et quod Judex faciens literas credentie aliquid in eisdem de his pro quibus ambassiator dirigitur teneatur exprimere si qualitas negotii patiatur.

*Quod forenses non stent ad portas in die fori pro emendis rebus venalibus neque cives - Rubrica LIX.*

Assisiam facimus quod nullus tam civis et comitatensis Terami quam etiam exterus vel forensis in die veneris vel in die sabbati audeat ire et morari ad portas civitatis vel extra ipsas portas vel ipsarum aliquam in viis publicis, ad emendum pelles ova pullos caseum vel quascunque alias res venales et que apportarentur ad vendendum in foro Terami. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet Camere Terami soldos decem.



*De non dando bursas seu infulas vel cinctos portantibus pannos nuptiales - Rubrica LX.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat dare bursas coppulas [1] seu cinctos vel alia dona his qui vadunt et portant indumenta nuptialia vel alia quecunque nuptialia ornamenta dominarum tempore quo desponsande sunt et etiam per octo dies ante ipsas nuptias. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos centum.

*De non dando expensas seu comedere operariis. Rubrica LXI.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de Teramo et eius districtu recolligens et ducens sive conducens magistros vel operarios quoscunque pro denariis ad aliquod šuum exercitium servitium vel operam faciendi, det exibeat seu preparet eis prandium merendam vel cenam nec aliquod ferculum seu conpatium [2] aliqua hora diei, sed conductores ipsi teneantur et debeant cuilibet magistro seu operario conducto dare et solvere de mane tot denarios pro parte eorum mercedis quot eis sufficiant tota die ad comedendum et de sero totum residuum dicte mercedis. Et qui contrafecerit tam dans comedere quam etiam recipiens et ipsorum quilibet solvat penam quinque soldorum et credatur sacramento denunctiantis. Excepto quod ipsis magistris et operariis per eorum conductores dari possit de vino aleis cepis et porris non tamen paratis set crudis. Insuper quod nullus et nulla de Teramo et districtu det vel exibeat alicui operario uvas nec ligna pro secum reportando cum recedunt a laborerio. Et qui vel que

[1] Dal teramano *Coppola*, berretto.

[2] Tal voce non rinviensi nel Du Cange. Potremmo però noi supporre che, trattandosi qui di cibi, essa voce si riferisce appunto a questi, anche perchè potrebbe considerarsi una corrotta derivazione dal verbo *compascor*.

contrafecerit tam dans quam etiam recipiens et ipsorum quilibet solvat vice qualibet duos[1] et credatur ut supra. Et semper Judex et notarius capitulorum de predictis inquirat.

*De non auferendis lignis iacentibus in fluminatis.*
*Rubrica LXII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat auctoritate propria auferre vel auferri facere ligna grossa vel minuta iacentia in fluminatis Trotini et Vitiole et in ipsorum alveis super insulis aliquorum per alluvionem deducta, nisi essent domini ipsorum lignorum et in eorum defectu domini ipsarum insularum qui tantum usque ad decem annos post alluvionem ipsam non admoveant. Et qui vel que contrafecerit solvat pro bampno vice qualibet soldos decem. Et nichilominus Judex cogat auferentes ad ipsa ligna restituendum patronis dictarum insularum seu illis quorum fuerint ipsa ligna. Exceptis tamen lignis vilibus et minutis que licitum sit ex alveis fluminum recipi a quibuslibet et quandocunque.

*De vino apportando ad Civitatem Terami.*
*Rubrica LXIII.*

Ut vini copia semper in Teramo vigeat, hac assisia constituimus et firmamus quod deinceps unicuique tam civi et districtuali Terami quam extero et forensi liceat undecunque et quocunque tempore ad ipsam Civitatem et districtum tam pro victu suo et sue familie, quam etiam ad vendendum apportare et apportari facere ex quibuscunque terris et locis mustum et etiam vinum refactum pro libito et arbitrio voluntatis libere et impune.

---

[1] Manca qui la voce esprimente la qualità della moneta, forse *soldos*.



*Quod vendentes mustum in Teramo vendant ad mensuram sex quartarum pro qualibet psalma - Rubrica LXIV.*

Assisiam facimus quod vendentes et ementes mustum in Teramo et eius districtu teneantur ipsum vendere et emere ad mensuram, videlicet sex quartarum pro qualibet salma eo pretio quo melius vendentes cum ementibus se convenire potuerint. Et semper ad dictam mensuram venditum intelligatur non obstante quod in ipsa venditione et emptione expressum declaratum non fuerit licet etiam barilia maioris vel minoris capacitatis fuerint in quibus mustum existeret. Et qui vel que contrafecerit tam emendo quam etiam in vendendo solvat pro quolibet et vice qualibet pro pena soldos decem. Et dicta assisia bampniatur in foro Terami in die fori et in aliis locis publicis dicte Civitatis ne quis valeat pretendere ignorantiam de predictis, bis anno quolibet de mense septembris.

*Quod tabernarii et alii vendentes vinum ad minutum habere debeant mensuras sigillatas - Rubrica LXV.*

Assisiam facimus quod quilibet tabernarius et quicunque alius vendens vinum in Teramo ad minutum vel vendere volens primo ed ante omnia habere debeat licentiam vinum vendendi et apotissam continentem pretium dicti vini, videlicet quot denariis vendi debeat petictum,[1] que apotissa poni et affigi debeat in vegete de qua vinum (?) venditur. Ac etiam et continuo retinere debeant in tabernis vel aliis locis, in quibus vinum vendunt, petictum medium petictum quartam peticti

---

[1] Una misura di vino non sapremmo di quanta capacità. Odasi il Du Cange alla voce *Petitum*. « Mensura liquidorum species, apud Romanos sub anno 1300, ut auctor est Nicolaus de Fractura, et ex eo Petrus Boërius in Commentario in Regulam S. Benedicti; sic appellata a quodam Pato, ut est apud Villalpandeum, lib. de Mens. c. 20. » La forma di questo *Petito* poi ci vien data al margine di questa Rubrica LXV: il lettore che la vorrà vedere cerchi l'*Appendice* al nostro *Studio* su questi Statuti, ove trovasi fedelmente disegnata.

et denariatam et sigillatam imprompta plumbea iuxta arbitrium notarii qui pro tempore fuerit, que vasa in capite sint stricta. Et cum ipsis mensuris sigillatis petentibus et volentibus vinum emere teneantur vendere et mensuram implere usque ad summum. Contrafacientes vero in retinendo et vendendo cum mensura non sigillata, in non implendo mensuram ut predicitur usque ad summum, ac etiam in vendendo sine apotissa ad penam quinque soldorum pro quolibet in quolibet casuum predictorum vice qualibet inremissibiliter teneatur. Si vero dolum vel fraudem in predictis commicteretur, videlicet vendendo vinum pro altero seu vinum limphando ad penam predictam pro quolibet et vice qualibet condempnentur. Et denunctiantis vel accusantis sacramento credatur. Nec non notarius capitulorum iuratos facere debeat super predictis ac etiam ex offitio inquirere ad minus semel qualibet ebdomada sub eius vinculo iuramenti. Et bampniri faciat quilibet notarius hanc assisiam in principio sui offitii.

*Quod tabernarii non vendant vinum filiis familias et minoribus decem et octo annorum, et alia commestibilia - Rubrica LXVI.*

Assisiam facimus quod nullus tabernarius seu tabernaria in eorum domibus occasione commestionis potus et ludi alicuius mutuare debeant et credentiam facere alicui filio familias seu minori decem et octo annis patre carenti nec etiam famulis seu etiam familiaribus offitialium Terami. Et qui vel que contrafecerint perdant creditum et mutuatum. Et nichilominus ad penam viginti soldorum vice qualibet teneantur. Et pignora seu extimationes que ad eorum manus propterea pervenissent restituere effectualiter teneantur.

*De termino publicandi contractus, eos recolligendi et de salario pro eis debendo - Rubrica LXVII.*

Ne deinceps contractus qui a contrahentibus celebrantur defectu notarii vel eorum contrahentium lapsu



temporis deperdantur, assisiam facimus et firmamus quod quilibet notarius de civitate Terami et districtu qui de aliquo contractu rogatus extiterit, ipsum contractum usque ad quindecim dies a tempore celebrationis eiusdem debeat in publicam formam redigere in scriptis. Et illi quibus instrumenta spectarent infra eundem terminum ipsa instrumenta recolligere debeant requisiti. Qui si negligentes fuerint tam notarius quam etiam contractans cui instrumentum pertinet et ipsorum quilibet contrafaciens teneatur vice qualibet ad penam quinque soldorum. Salarium vero notarii pro confectione instrumenti cum instrumentum non sit de maiori quantitate vel valore decem librarum sit unius caroleni, si de maiori quantitate non tamen excedat summam quinquaginta librarum sit decem.[1] Abinde vero super de quantacunque quantitate fuerit, sit et esse debeat quindecim soldorum.

*Quod usque ad finem mensis Septembris vendembiari non possit - Rubrica LXVIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat vindembiare usque ad finem mensis septembris cuiuslibet anni, nisi cum licentia Judicis ex aliqua iusta causa. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Et credatur sacramento denunctiantis qui de dicta pena percipiat quartam partem et habeatur privatus.

*Quod panni possint forensium in Teramo gualcari. Rubrica LXVIIII.*

Assisiam facimus quod licitum sit exteris et forensibus quibuscunque pannos [2] cuiuscunque generis appor-

[1] Qui si sottintende la parola *carolenorum* e dove più innanzi si legge *quindecim soldorum* par debba leggersi invece *carolenorum:* altrimenti non corrisponderebbe quest'ultima somma all'altra surriferita *unius caroleni.*

[2] Qui si accenna all' industria de' pannilani, ch' era la principale in Teramo, come scrive il Campano (*Epist.*, lib. I, ep. IV; Lipsiæ, 1707): « Cives variis artibus, in primis lanificio et mercaturis dediti. » E durò

tare ad gualcandum pilandum tirandum et tingendum in Teramo et ad civitatem Terami ad quascunque gualcherias tiratoria et tinctas. Et gualcatores tiratores cardatores purgatores et tintores possint et valeant ipsos pannos gualcare tirare cardare purgare et tingere sine pena et bampno, quacunque alia assisia loquente in contrarium quomodolibet non obstante.

*Quod molendinarii habeant cuppas thumuli medii et quartam - Rubrica LXX.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli molendinarii servientes ad quecunque molendina in territorio Terami retineant et retinere teneantur et debeant in ipsis molendinis pro recipiendo molituram cuppas de ramine distinctas pro thumulo, medio thumulo et quarta thumuli sigillatas signo lilii [1] vel notario. Et si quis contrafecerit ad penam quinque soldorum pro quolibet et vice qualibet teneatur.

*Quod molendinarii per formas molendinorum aquas superfluas non conducant - Rubrica LXXI.*

Assisiam facimus quod molendinarii et patroni molendinorum quilibet habentes et possidentes seu quomodolibet retinentes molendina in districtu Terami ita et taliter teneantur et debeant ipsas formas allargare cupare [2] et mundare et ducere et corrigere aquas labentes per formas molendinorum ipsorum ad deserviendum ipsis molendinis, que ex ipsis formis non redun-

essa lunga pezza, giacchè troviamo in una lista di panni, su cui fu imposta una tassa nel 1709 d'estrazione dal Regno, che il « panno largo fino di Teramo » pagava grana 16 a canna. V. *Arch. stor. napol.*, fasc. IV del 1885, pag. 646. V. ancora ciò che narriamo su questa industria teramana nello *Studio* intorno a questi Statuti, *Parte VI economica, Arti e mestieri*.

[1] Si osservi che in questa rubrica appaiono le stesse misure di capacità che si usano oggidì, privatamente almeno (pel divieto delle presenti leggi); cioè il *tomolo*, il *mezzetto* (medium thumulum) e la *quarta*.

[2] Voce tolta dal vernacolo che dice *cupare* per far *cupo*, approfondire.



dent et dampnificent possessiones circum adiacentes in preiudicium dominorum et possessorum ipsarum possessionum. Et si quis contrafecerit in soldis viginti vice qualibet puniatur.

*De quantitate moliture recipiende et de modo et ordine per molendinarios in eorum exercitiis retinendo - Rubrica LXXII.*

Assisiam facimus quod molendinarii et vacantes ad servitia molendinorum recipiant et recipere possint et valeant pro molitura quum thumulus grani valeret quindecim soldos [1] vel abinde infra recipere de decem et octo unam. Et si plus valeret quantumcunque esset pretium possint et valeant percipere semper et omni tempore de viginti quatuor unam ad rasum. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Et teneatur notarius capitulorum mense quolibet inquirere de predictis sub religione sui prestiti iuramenti. Item quod dicti molendinarii teneantur sic omni mane et sero molendina restringere quod macinantes dampnum non suscipiant et negligentia et defectu. Item quod ad ipsa molendina anseres seu ocas anetras et porcos retinere non possint. Item quod coppe habeant foramen in medio fundi occasione moliture recipiende pro medio thumulo. Item quod debeant restringere gerinas [2] quelibet gerina sit capax duarum cuparum. Item quod nemini vicem auferant. Item quod habeant cancellum in capite canalis. Item quod sit licitum superstiti consortium molendini, qui ipsum molendinum de suo proprio reactaret et repararet quum aliqui defectus su-

[1] Questa è una notizia utile per saper de' prezzi dei generi di necessità del secolo XV in Teramo, e conseguentemente del valore della moneta in quel tempo, essendo questo il miglior criterio, giusta insegnano gli economisti, per giudicare del valore commerciale del danaro. V. nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica*, la *Vendita delle derrate*.

[2] Non è registrata questa parola nel Du Cange. Ma dal contesto appare esprimere essa un recipiente di circa due coppe; misura ancora usata tra noi.

pervenirent sibi retinere molituram omnem ipsorum consortium, donec sibi fuerit de expensis circa ipsam reparationem factis integre satisfactum, requisitis tamen prius ipsis consortibus. Et quod de expensis ipsis credatur sacramento dicti superstitis ipsas facientis usque in quantitatem decem soldorum vice qualibet. Item quod quilibet molendinarius teneatur portare granum et bladum mensuratum cuiuslibet macinare volentis ad molendinum et inde macinatum reportare ad domum domini grani vel bladi cum asello sui ipsius molendinarii. Et quum portatur ipsum granum ad macinandum ad voluntatem domini dicti grani ponderari debeat in domo illius, cuius est granum vel ibi unde recipitur. Et de dampno, si quid dampnum de ipso grano eveniret, credatur sacramento ipsum consignantis molendinario si consignans bone sit fame. Item quod habentes seu custodientes molendina posita a parte vitiole taliter curent et faciant, quod aliquo modo aqua non defluat per viam et rugam qua itur ad fontem bencivenche et via qua itur a capite molendini Episcopi usque ad ortum Bartholomei Simonis et alibi undecunque et ubicunque via transeuntibus impediretur. Item quod quicunque macinaverit farinam de gennaria[1] ex parte anteriori per unum palmum ex utraque parte recolligere possit. Et in quolibet casuum predictorum molendinarius qui contrafecerit penam incidat vice qualibet quinque soldorum. Et Judex qui pro tempore fuerit teneatur predicta facere observari. Et etiam iurari faciat omnes et singulos molendinarios, quod observent presentem assisiam, qui teneantur dampna reficere dampnum passis, quorum sacramento et etiam cuiuslibet denunctiantis sacramento credatur in omnibus et singulis casibus suprascriptis.

[1] Non è voce registrata nel Du Cange; nè sapremmo qui spiegare qual farina sia cotesta.



*De rigandis ortis ex aquis formarum molendinorum.*
*Rubrica LXXIII.*

Assisiam facimus quod omnibus et singulis personis ortos habentibus iuxta et etiam prope formam molendinorum liceat in die sabbati post vesperas et etiam diebus dominicis et festivis, quibus non permictitur molendinariis macinare dirivare aquas ex ipsis formis et temperare eorum ortos quibus temperatis, paratas et fractas si quas fecerant dicti ortolarii in dictis formis pro derivatione predicta statim debeant removere et ipsas formas in libertatem pristinam relapsare. Et qui contrafecerit in capiendo dictam aquam aliis diebus et horis, quibus permissum est macinare, solvat penam vice qualibet decem soldorum, et dampnum si quid inde processerit patienti emendet. Et similem penam incurrat quilibet molendinarius vel alius contradicens seu contraveniens dictis ortolariis vel alicui eorum in receptione dicte aque diebus et horis ortolariis ut supra permissis. Item quod volentes ortos ipsis formis non contiguos temperare et ducere dictam aquam per ortos seu infra ortos vicinorum contiguos, sic cursum ipsius aque decurrentis et refluentis aptent, et parent, quod ipsa aqua decurrens et refluens non intret et dampnificet ipsos ortos vel aliquem ipsorum. Et qui contrafecerit pena superius puniatur declarata et dampnum emendet patienti, cuius sacramento credatur.

*De remictendo aquam in formis molendinorum.*
*Rubrica LXXIIII.*

Ne molendinorum consortes in remictendo aquam in formis sint tepidi et remissi et unius negligentia obsit ceteris, assisiam facimus et firmamus quod quotiescunque alluvione vel alio casu acciderit aquam a molendinorum formis quomodolibet derivari et in ipsam aquam remictendo consortes aliqui fuerint negligentes

et ipsorum negligentia aliquid ex molendinis contingeret aliquo die desistere et perdere operam, consortes cuiuslibet cathaste[1] dictorum molendinorum illi qui diem eorum negligentia amiserint unum vel plures dampnum reficere teneantur iuxta provisionem molendinariorum ipsius cathaste. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet quinque soldos. Et diem amictens penitus conservetur. Et quod predicta locum etiam habeant in gualcheriis et quibuscunque molendinis existentibus a capite cuiuslibet forme usque ad finem. Et Judex qui pro tempore fuerit hanc assisiam faciat observari sub religione sui prestiti iuramenti.

*Quod molendinarii debeant habere superstitem. Rubrica LXXV.*

Assisiam facimus quod omnes molendinarii molendina retinentes in fluminibus vitiole et Trotini eligere et habere debeant superstitem qui auctoritatem habeat eis precipiendi et mandandi, ut cum aliquod servitium ad utilitatem ipsorum molendinorum fieri oporteret, superstes ipse molendinarios requirat et fieri faciat, et quod curam adhibeant ne aqua formarum per ortos et vias continguas (*sic*) dilabatur. Cui qui non obediverit ex dictis molendinariis, seu in eligendo ut supra negligens fuerit in quinque soldis vice qualibet puniatur.

*Quod molendinarii retineant gierinum molendini modo infrascripto - Rubrica LXXVI.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli molendinarii habentes seu curantes molendina in Teramo et districtu habere et retinere debeant gierinum[2] molendini quod est circum circa macinam distans a macina per spatium digiti grossi et altitudinis macine ad minus. Et os gierini unde farina in farinario cadit sit largitudinis duorum submissorum et non plus. Et si quis molendinarius contrafecerit in aliquo predictorum solvat vice qualibet soldos viginti.

[1] La *cathasta* sembra sia stata un registro di mulini. V. tal voce nel *Glossario* della *Parte VIII filologica* nel nostro *Studio* su questi Statuti.

[2] Il *gierinum* dev' essere la sponda circolare della pietra, detta dai Toscani *cassa*, su cui posa la macine ed interrotta in un sol luogo (*os gierini*), donde cade la farina nella tramoggia (*farinarium?*). V. CARENA, *Voc. domest.*, all' art. *Mugnaio.*



*De furnis et fumarolis - Rubrica LXXVII.*

Assisiam facimus quod quilibet furnus situs intus Civitatem Terami debeat habere fumarolam factam lateribus et calce vel gisso altiorem tecto domus in qua furnus existit medie canne ad mensuram cum qua panni venduntur ad minus ne fumus inde prosiliens vicinos circumstantes offendat. Et si quis aliter furnum in Teramo retinuerit et requisitus ad modum predictum non reduxerit, incidat penam vice qualibet soldorum quadraginta.

*De fornariis - Rubrica LXXVIII.*

Assisiam facimus quod quilibet fornarius et fornaria Civitatis Terami vel retinens sive ducens furnum in Teramo teneatur et debeat ad petitionem cuiuscunque persone panem bene coquere ad eius furnum et ipsum bene custodire, ita quod suo defectu vel negligentia panis non pereat nec deguastetur. Et non possit pro eius coctura plus infrascripto pretio recipere, videlicet, pro coctura panis farine unius thumuli denarios quatuor, medii thumuli denarios duos. Et sic pro rata abinde supra vel abinde infra. Et si quis vel si qua contrafecerit in aliquo casuum predictorum in decem soldis vice qualibet puniatur et dampnum emendet, de quo stetur iuramento patroni vel cuiuscunque alterius domestici vel familiaris sui.

*De pontibus supra formas molendinorum construendis. Rubrica LXXVIIII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli domini et patroni molendinorum cuiuscunque molendini de Te-

ramo et districtu teneantur et debeant super formas ipsorum molendinorum undecunque vie decurrunt facere et construere, seu construi et fieri facere pontes latitudinis pro quolibet quinque pedum et ita et taliter ipsos pontes actare et roborare quod persone et animalia per eos transeuntes libere pretereant sine aliquo periculo sive dampno. Et qui contrafecerit ad penam viginti soldorum vice qualibet condempnetur. Et si dampnum aliquod propterea alicui accideret emendare teneatur. Et Judex qui pro tempore fuerit dominos molendinorum ad constructionem dictorum pontium compellere teneatur.

### *Quod vicini teneantur vendere de eorum terris habentibus molendina deguastata - Rubrica LXXX.*

Ne propter ruinas hedificia destruantur et ut communis utilitas conservetur, assisiam facimus quod si propter alicuius fluminis impetum infra districtum Terami molendinum aliquod in toto vel in parte deficeret ita quod dominus seu patronus ex eo molendino commodum sentire non posset, vicini et adiacentes ipsi molendino diruto sive ruituro vel eius forme dirute sive lamate[1] teneantur et debeant de eorum terris vendere domino seu dominis dicti molendini vel forme seu cursus aquarum pretio condecenti, quod pretium arbitrari debeant duo homines propterea eligendi unus, videlicet, pro parte patronorum sive patroni molendini alter possessiones habentium adiacentes necessarias ad reintegrationem sive refectionem molendini predicti ad que si dicti homines concordes non essent, Judex una cum notario capitulorum et dictis hominibus possint et debeant dictum pretium tassare et ipsorum arbitrio

[1] In latino v' ha *lama* (laguna. fossa), e in italiano *lama* (pianura bassa, ove s' impaluda l' acqua): ma in nessuna delle due lingue trovasi questo participio passato. Nel dialetto teramano però s' usa il verbo neutro *allamarsi* per infangarsi, riempirsi di melma. Di qui perciò deriva il suddetto barbarismo del nostro Codice.



stetur omnino et recedi non possit sed partes cogantur per Judicem ad observantiam extimationis et cautelam faciendam que in predictis fuerit opportuna per penas et bampna per ipsum Judicem imponenda et exigenda si fuerint renitentes.

### *Quod Trappitarii macinare debeant diebus infrascriptis de affectu eis imponendo et de quibusdam aliis per eos servandis - Rubrica LXXXI.*

Assisiam facimus et firmamus quod licitum sit trappitariis[1] macinare et macinari facere olivas et alia agere et curare que ad eorum spectant exercitium omnibus diebus festivis diebus dominicis et festo nativitatis domini nostri jesu christi dumtaxat exceptis quacunque alia assisia loquente in contrarium non obstante. Qui quidem trappitarii et eis servientes in trappetis teneantur et debeant olivas macinare quibuscunque petentibus. Et possint et valeant hoc anno recipere pro eorum mercede et labore ex qualibet macinatura olivarum carolenum unum, videlicet soldos tres et denarios quatuor. Et macinatura semper intelligatur trium thumulorum olivarum. Et nucleos olivarum vendere non possint nisi tantum fornacinariis decoquentibus calcem lates[2] et coppos[3] sive pincios quibus dare et vendere teneantur dictos nucleos non remacinatos ad rationem pro capiunt (*sic*) due tertie partes unius caroleni pro qualibet salma nucleorum non remacinatorum qui sunt denarii viginti sex et duo tertii alterius denarii. Et salmam nucleorum remacinatorum ad rationem denariorum vigintiquatuor et tertiorum duorum alterius

[1] È voce derivante dal dialetto teramano. Questo ha tuttora. tra le tante sue parole rimaste latine, il vocabolo *trappeto* (da *trapetum* che a sua volta deriva dal greco τραπητόν) in luogo del toscano *frantoio*.

[2] Forse avrà voluto l' amanuense scrivere *lateres*.

[3] Proviene anche questa voce dal vernacolo *coppo*, cioè tegolo. *Coppo* in italiano vale a significare un vaso assai grande, di forma ovale, di ventre rigonfio, per tener l'olio, che i Fiorentini chiamano *orcio*. In quanto alla parola seguente *pincios* vedi la prima nota alla Rubrica IV del libro IV.

denarii, ita quod semper de nucleis remacinatis minus percipiant quod de non remacinatis, videlicet denarios duos pro qualibet salma. Et dicti fornacinarii teneantur et debeant vendere et tradere quibuslibet volentibus emere salmam calcis qui sit quatuor thumulorum in pulvere et in lapide unius thumuli et tertii pro uno caroleno. Centonarium vero cupporum qui sunt tante magnitudinis ut quilibet centonarius coperiat cannam unam tecti per quadrum, teneantur dare per blonenos[1] decem et septem. Et miliare laterum quorum miliare plantet spatium unius canne per quatrum ad minus que canna sit decem palmorum teneantur dare et vendere pro vigintiquatuor carolenis secundum affectum supra predictis traditum per Sex de regimine et secum vocatos vigore remissionis in eos facte per consilium generale qui affectus duret et observetur toto anno presenti secunde Indictionis.[2] Ab isto vero anno in antea semper annis singulis servetur, quod Sex qui erunt ad regimen de mensibus novembris et decembris imponant affectum dictis trappetariis et fornacinariis hoc semper intellecto quod trappitarii dare et vendere teneantur et debeant fornacinariis predictis salmam nucleorum non remacinatorum pro duabus tertiis quantitatis quam recipiunt pro macinatura olivarum. Et remacinatorum minori pretio, videlicet denariorum duorum pro qualibet salma. Et ipsi fornaciarii teneantur vendere salmam calcis eodem pretio quod trappitarii recipiunt pro macinatura olivarum. Et in dicto affecto imponendo dicti Sex de regimine plenum habeant arbitrium. Qui trappitarii et eorum servientes et dicti fornaciarii dictum affectum impositum et imponendum teneantur et debeant integraliter observare et tam inter se ipsos quam etiam ementes ab eis et si quis contrafecerit in quocunque casuum predictorum et tam emptor

[1] Nel Du Cange non troviamo tal voce, nè sapremmo indicarne il vero senso.

[2] Cioè nel 1439. Il Codice invece fu finito di copiare ai 25 luglio del 1440, come si legge a piedi del medesimo.



quam venditor penam incidat pro quolibet eorum et vice qualibet viginti sollorum Universitatis Terami Camere applicandorum. Et notarius capitulorum teneatur qualibet ebdomada quando olive macinantur investigare et inquirere de predictis pena centum soldorum et sub vinculo sui prestiti iuramenti.

*De aquis olivarum extra Teramum proijciendis.*
*Rubrica LXXXII.*

Assisiam facimus quod trappitarii et olivas hominibus macinantes vel non audeant ullo modo olivarum aquas proicere in plateis et per plateas Civitatis Terami nec alicubi intus dictam Civitatem sed eas omnino proiciant et proici faciant extra Civitatem. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos viginti. Liceat tamen eisdem trappitariis et aliis de Teramo tempore plene pluvie et talis quod totam guicziam[1] secum ducere possit proiicere dictas aquas olivarum per plateas Civitatis eiusdem. Et alias si guicza remaneret puniantur proiicientes ac si tempore prohibito proicissent. Et si predicta aqua dampnum daret alicui quovis modo et in quacunque re teneantur dicti trappitarii et alii proicientes dictam guicziam sive aquas ad emendationem dampni. Item quod dicti trappitarii non audeant retinere vegetes cum guiczia et a guiczia ante eorum domos, nisi durante tempore quo macinant olivas et post completum ipsum tempus quindecim diebus. Et si quis contrafecerit solvat die qualibet qua dicte vegetes ulterius retinerentur quinque soldos. Et notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis sub religione prestiti iuramenti.

*De mensura oley habenda in Camera Terami.*
*Rubrica LXXXIII.*

Assisiam facimus quod penes Universitatem Terami et eius Camerarium semper sit quedam mensura ad

[1] *Guiccia* nel vernacolo teramano dicesi quell' acquolina corrotta che si trae dai frantoi.

mensurandum oleum cuius septem mensure capiant unum metrium quo utuntur homines in sancto Fabiano[1] ita quod omnis vendere et emere volentes emant et vendant ad similem mensuram signatam arbitrio Judicis. Et si quis contrafecerit aliter vendendo et emendo solvat vice qualibet soldos quinque.

### *Quod olive et alia que venduntur ad thumulum vendantur ad rasum et modo infrascripto - Rubrica LXXXIIII.*

Assisiam facimus quod olive glandes nuces et alia que venduntur ad thumulum[2] mensurentur supra olivarium trappitariorum et ad rasum cum thumulis quos retinent ipsi trappitarii in eorum centimulis[3] pro mensurandis olivis. Qui thumuli ad mensurandum olivas sint et esse debeant largitudinis in capite sicut sunt alii thumuli et ferrati et maiores illis quibus utuntur mensuratores et mensuratrices ad vendendum granum, quam mensuram latitudinis trappitarii ipsi recipere valeant omni anno a notario capitulorum qui pro tempore fuerit pena viginti soldorum. Et quod etiam retinere debeant in eorum centimulis dicti trappitarii ad opus mensurare volentium similiter cum thumulo medium thumulum et quartam et mediam quartam. Et similiter mensuram thumuli habere debeant vendentes calcem excepto quod non sit ferrato. Et qui contrafecerit in quolibet casuum predictorum ad penam predictam vice qualibet teneatur. Et notarius capitulorum teneatur et debeat sepe sepius inquirere de predictis et requirere dictos centimularios ne commictant et commictantur fraudes in predictis sub pena predicta.

---

[1] Il *metro* è tuttora misura di capacità usata pel solo olio di ulivo ed è composta di caraffe 32, ossieno litri 23 circa. La misura poi qui stabilita per la vendita dell'olio è disegnata a penna nel Codice al margine di questa Rubrica LXXXIII ed è da noi riprodotta fedelmente nell'*Appendice* allo *Studio* su questi Statuti.

[2] Anche questo tomolo è disegnato a penna nel margine e noi lo riproduciamo nell'*Appendice* allo *Studio* su questi Statuti.

[3] *Centimolus* il Du Cange stima equivalente a mulino e qui si può credere rispondente a fattoio.



### *De mensuris olei - Rubrica LXXXV.*

Insuper assisiam facimus quod in Civitate Terami et eius districtu deinceps caldarola olei sit maior in tantum quod quatuor caldarole capiant unum thumulum. Et miliare[1] olei in Civitate predicta tam in emendo quam in vendendo sit et esse intelligatur et debeat de callarolis sexaginta et non pluribus neque paucioribus assisiis aliquibus seu consuetudinibus et observantiis aliis hactenus in dicta Civitate existentibus non obstantibus quoquomodo. Et quod de cetero alie callarole alterius mensure quam supradicte tam per mercatores quam per alios in dicta Civitate non retineantur. Et quod tam emptores quam venditores vendere debeant in futurum oleum ad callarolam proxime dictam. Et quicunque tam vendendo quam emendo contrafecerit in predictis teneatur vice qualibet ad penam quadraginta soldorum. Et ad similem penam teneatur mercator seu alius quivis penes quem per notarium capitulorum inventa fuerit vel per aliquem Juratum inventa fuerit callarola aliqua quam predicta. Et quod supra predictis fiant etiam iurati quorum relationi credatur. Et tam Judex quam etiam notarius capitulorum dicte Civitatis ex eorum et cuiusque eorum offitio possint et debeant procedere in premissis ac etiam inquirere contra delinquentes et eos culpabiles punire pena predicta cum scriptura vel sine scriptura et omni modo et via summarie et de plano sine strepitu et figura Judicii et prout ipsi iudici vel notario videbitur et placebit.

### *De ponderibus auri et argenti aliorunque metallorum et cere et aliarum mercimoniarum - Rubrica LXXXVI.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli tam mercatores quam alii tam de dicta Civitate Terami et di-

---

[1] Non sappiamo se *miliare* valga per *migliaio*. Solo ricordiamo che il classico *milliarium* era un vaso per scaldar l'acqua ne' bagni.

strictu quam etiam aliunde undecunque existant vendentes in Civitate predicta vel eius districtu aurum argentum pernas siricum calibem [1] sive aczarium ramen stagnum plumbum vel quodcunque aliud metallum ceram seu quecunque alia mercimonia sive ad ingrossum sive ad minutum ea vendere voluerint teneantur et debeant ac etiam intelli (gantur) vendere et ponderare ad pondus grossum marchilucensis.[2] Et quod in Civitate ipsa tam mercatores quam artiste seu camsores [3] sive bancherii ac etiam gabelloti gabelle staterie quam etiam alie quecunque persone retinentes pondera ad ponderandum tam pro se ipsis quam etiam pro aliis retinere debeant tantum modo unum pondus grossum de marcho lucensi et non aliud quod maius aut minus in pondere existat. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum tam venditor quam ponderator et retentor aliorum ponderum, etiam si venditor non esset, teneatur ad penam quadraginta soldorum. Teneatur etiam decipiens decepto ultra dictam penam ad restitutionem dupli eius in quo deceptus fuerit. Et quod tam mercator sive bancherius quam etiam quilibet alius cuius in fundico apotheca sive domo inventum fuerit per notarium capitulorum seu visum fuerit iuratum pondus aliud retineri quam pondus lucense predictum ad penam predictam quadraginta soldorum pro quolibet et vice qualibet condempnetur. Et quod supra predictis Judex et notarius capitulorum et ipsorum quilibet procedere possint et debeant ac condempnare et punire prout supra in proximo precedenti capitulo de mensuris olei latius exprimitur.

[1] *Calibem* in luogo di *Chalybem*, acciaio. *Siricus* nel Du Cange è soltanto in vece di *Sericus:* qui è aggettivo sostantivato ed usato ad indicar stoffe o abiti di seta siccome Properzio adopera *Serica, orum* per veste di seta.

[2] V. ciò che diciamo del *marco lucchese* nello *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Pesi.*

[3] Leggesi nel Du Cange: « *Campsor* vel *Cambiator,* nummularius » e « *Banquerius,* Thesaurarius, questor. »



*De non laborando per aurifices argentum minoris valoris viginti soldis - Rubrica LXXXVII.*

Assisiam facimus quod nullus aurifex nec merciarius laborare audeat nec tenere ad vendendum alicuius generis argentum non laboratum minoris valoris viginti soldorum [1] per quamlibet unciam. Et si quis contrafecerit vel ille cui aliter argentum inventum fuerit sive laborerium de argento perdat laborerium ipsum et Universitati Terami applicetur. Et nichilominus teneatur ad penam centum soldorum applicandam universitati predicte. Et quod ad congnoscendum qualitatem argenti predicti habeantur duo saggia argenti sive due experientie una de viginti soldis, alia sit de carolenis vigintitribus que saggia et experientie deponantur penes quendam probum virum per consilium eligendum. Excipimus tamen a dicta pena merciarios retinentes ad vendendum et non laborantes ipsa laboreria argenti, quibus retinere liceat et vendere in eorum bancis anulos et circellos et omne aliud laborerium argenti etiam minoris valoris, dum tamen quod ementes certificent ea non esse de bono argento et aliter vendentes incidant dictam penam. Item quod nullum laborerium exire possit a bancis dictorum aurificum maioris valoris quadraginta soldorum pro qualibet uncia argenti laborati et saggiati de pretiis supradictis. Et idem intelligatur et alii [2] artistis et valentibus vendere ipsa laboreria sub pena predicta. Et Judex et notarius capitulorum possint et debeant inquirere de predictis et laborantes et retinentes contra formam presentis assisie punire et condempnare penis superius declaratis. Et quod etiam contrafacientes in predictis quilibet possit denunctiare et teneatur secretus et lucret medietatem pene predicte.[3]

[1] Questa ci sembra notizia utilissima per conoscere il valore reale de' metalli preziosi e delle monete d'allora. Se un'oncia d'argento, che vale oggi circa 4 lire italiane, apprezzavasi in quel tempo 20 soldi, pari a L. 2,55, è uopo dire che quel valore oggi è quasi duplicato.

[2] Si deve qui forse leggere invece *de aliis ?*

[3] In tutta questa rubrica si parla di *argento* lavorato dagli *orefici* e

### *De mensuris pannorum - Rubrica LXXXVIII.*

Quoniam ex diversitate et pluritate mensurarum et ponderum in eadem Civitate usu existentium emptores simplices de levi possint intercipi et via fraudibus aperiri, quibus congruum est iuxta posse obviari et resisti modis omnibus, hac igitur assisia constitutum est quod de cetero omnes et singuli homines tam mares quam femine et tam de dicta Civitate Terami et districtu quam etiam undecunque volentes vendere in ipsa Civitate et districtu pannos tam de lana quam etiam de lino cuiuscunque generis et qualitatis ipsi panni sint etiam guarnellos[1] cannapacios et quecunque alia venalia mensuranda ad mensuram ipsa vendere et mensurare teneantur et debeant ad mensuram canne neapolitane et non alterius que minor vel maior in substantia sit. Et quod in usu et pro usu vendendi ac mensurandi predicta tam mercatores pannorum quam etiam gabelloti mensuram predictam retinere volentes gabellam passus sic vocari in Teramo solitam exigentes habere et retinere debeant cannam ipsam neapolitanam et non aliam que maior vel minor in mensura existeret. Et qui contrafecerit in predictis tam venditor quam mensurator ad penam quadraginta soldorum vice qualibet teneatur. Et retinens mensuram aliam quam cannam neapolitanam predictam, cui inventa fuerit per notarium capitulorum dicte civitatis, seu per aliquem et iuratis

per nulla di oro. Ciò ci dimostra essere questo ultimo metallo quasi irreperibile in Teramo in quel secolo XV, e si sa che l'oro prima della scoperta dell' America era rarissimo in Europa. La storia teramana del detto tempo vien confermata da questa legge municipale, giacchè il Muzii, parlando dell' epoca prospera della nostra città anteriore al 1520 ed alle spogliazioni spagnuole, scrive (*St. di Teramo*, ms., Dial. VI, in fine) « che le loro donne maritate nei giorni festivi portavan sopra almeno 4 libbre d' argento in grosse cinture, in bottoni, e piastre tempestate per le vesti, ec. » Dunque di aurei ornamenti neppure in quei giorni di ricchezza si fa parola.

[1] Nel vernacolo teramano chiamasi *guarnello* la gonnella che indossano le donne, di qualunque panno esso sia cucito. Il Dizionario attribuisce tal voce alla veste donnesca tessuta di accia e di bambagia.



infrascriptis visum fuerit retineri ad supradictam penam vice qualibet teneatur. Teneatur etiam decepto decipiens et restitutionem duppli eius in quo decipit. Et super predictis fiant iurati quorum et cuiuslibet ipsorum cum iuramento credatur in premissis et quolibet premissorum. Et quod tam iudex quam etiam notarius capitulorum super predictis et contra delinquentes inquirere procedere et punire possint ut supra in assisia de mensuris olei latius declaratur.

### *Quod unus mercator legalis eligatur qui retineat saggiolas et pondus caroleni et floreni ac marchum grossum et cannam neapolitanam et callarolam - Rubrica LXXXVIIII.*

Ad evitandum fraudes et malitias que per camsores seu ponderatores ducatorum florenorum et carolenorum commicti possent, Assisiam facimus et firmamus quod de cetero semper per sex de regimine civitatis Terami eligatur unus mercator legalis qui retineat saggiolas[1] et pondera ducatorum et florenorum auri et carolenorum ac cannam neapolitanam predictam et marchum grossum predictum et callarolam et per iudicem assignandam ad quorum similitudinem et equalitatem debeant omnes alii ponderare pondera et mensuras retinere. Ac etiam quod si quid dubietatis emergeret in aliis saggiolis ponderibus et mensuris pro veritate et declaratione habendis, recurratur ad ipsum, cui etiam per eos qui ponderari facerent aureos[2] et carolenos satisfiat de mercede concedenti, et pecuniam per eum approbatam quilibet recipere teneatur, et qui contrafaceret penam incidat vice qualibet viginti soldorum et recipiat pro suo labore ponderationis usque in quinque aureos et etiam usque in decem carolenos denarium unum. Et in omnibus et singulis capitulis supradictis ab assisia de mensuris olei inclusive in dictis assisiis

[1] Chiamansi nel nostro dialetto *saggiole* quelle bilancette con cui si pesano i metalli preziosi e che i Toscani dicono *saggiuoli*.

[2] Il sostantivo *aureus* in buon latino significa moneta d'oro; in questo luogo vale ducato o fiorino d'oro, più sopra nominati.

insertis, confessio relevet confidentes. Et quum nil prodesset leges et assisias condere nisi debite executioni mandarentur, statuimus quod Judex sive notarius capitulorum saltim (*sic*) bis in mense teneantur et debeant de et supra predictis in dictis assisiis et capitulis contentis et quolibet predictorum inquirere et contrafacientes repertos culpabiles condempnare et punire penis superius declaratis Judiciario ordine quolibet pretermisso summarie et de plano et sine strepitu et figura Judicii. Possintque pondera et mensuras non iustas a retinentibus de facto auferre et auferri facere ac ad debitum pondus debitamque mensuram secundum quod in dictis capitulis est expressum reduci facere ad quod et quam reduci possint sumptibus patronorum. Et [1] reduci non possent, illa possint per se et alios rumpere frangere et deguastare, ac etiam supra predictis et quolibet predictorum pro ipsorum offitialium libito voluntatis, nec non supra predictis et quolibet predictorum penas imponere de uno augustali et pluries ipsam penam multiplicare modis omnibus quibus eisdem offitialibus et cuilibet ipsorum expedire videbitur. Et quod ipsi offitiales de et supra contentis in dictis assisiis non possint nec debeant sindicari nec contra eos vel ipsorum aliquem aliqua petitio exiberi vel dari, et si dari contingeret admicti non debeat nisi forte furtum sive baractariam aliquam in predictis per eos vel ipsorum aliquem commicteretur. Et predicta locum habeant in preteritis presentibus et futuris quacunque alia assisia sive capitulo loquente in contrarium non obstante, cui per presentia volumus penitus derogari.

### *De ponderando cum statera sine aliqua mercede. Rubrica LXXXX.*

Assisiam facimus quod gabellotus gabelle staterie Universitatis Terami teneatur et debeat ipsam stateriam commodare unicuique de Teramo et districtu ac

[1] Qui manca un *si*.



etiam forensibus in dicta Civitate et districtu habitantibus descriptis in quaterno foculariorum dicte Universitatis et onera subeuntibus ponderare volentibus sine aliqua mercede vel pecunia. Et si contrafecerit solvat pro pena vice qualibet soldos quinque.

### *De gabellando passum ferri - Rubrica LXXXXI.*

Assisiam facimus quod passus ferri Civitatis Terami semper detur et gabelletur uni vel pluribus legalibus gabellotis plus offerenti vel offerentibus maioris etatis decem et octo annorum secundum pacta et conventiones hactenus in Teramo consuetas, qui si inventi fuerint fraudem commississe in quadraginta soldis vice qualibet condempnetur.

### *De circulis pro vegetibus in Teramo vendendis. Rubrica LXXXXII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli apportantes ad civitatem Terami circulos pro vegetibus [1] ad vendendum in foro, non possint nec debeant in uno corollo [2] ligare seu ligatos apportare nisi duos circulos tantum ne qua fraus in eis commicti possit. Et si quis contrafecerit solvat penam vice qualibet quinque soldorum. Et predicta bampniri faciat annis singulis in principio vindembiarum in civitate predicta.

### *De pilo non tingendo in nigro vel alio colore vel etiam lana ad falsificandum pannos - Rubrica LXXXXIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de civitate Terami et eius districtu audeat pilum tingere vel tingi facere in nigro vel alio quocunque colore et ipsum sit

[1] « *Veges* (spiega il Du Cange), Vas vinarium, modius, dolium : Italis *Veggia* » cioè botte.

[2] Tal voce non è registrata nel Du Cange, ma dal contesto appare dover significare *mazzo*, giacchè qui si parla di cerchi per le botti.

tinctum immiscere et suffisticatum immictere in pannis de lana causa faciendi et advisitandi ipsos pannos nec aliquam aliam malitiam commictere in eisdem. Et si quis contrafecerit et etiam cui pilum vel lana tincta vel pannos cum dicta lana seu pilum suffisticatum[1] solvat vice qualibet Universitati Terami penam vigintiquinque librarum et lana et pannus dicte Universitati applicetur (*sic*). Ad quam penam nec mulieres que ab aliis reciperent de filandum nec tinctores qui pro aliis tingerent teneantur. Et ut de predictis melius veritas eruatur, eligatur anno quolibet per sex de regimine unus bonus et legalis vir de arte lane qui teneatur et debeat ad minus semel in ebdomada de predictis inquirere bona fide. Et hanc assisiam Judex quilibet bampniri faciat. Insuper pro meliori dicte assisie declaratione statuimus et ordinamus quod nullus et nulla persona de Teramo et eius districtu audeat artem lane falso dolose et inique exercere et administrare, videlicet immiscendo lanam bonam et puram vel pilo tincto et exinde pannum facere. Et qui contrafecerit solvat pro panno quolibet libras vigintiquinque et ipsa lana et pannus in foro Terami publice comburantur ad aliorum exemplum. Et de predictis credatur sacramento denunctiatoris cum duobus testibus fidedignis. Et quod nullus textor neque textrix texere audeat filatum dicte lane sub pena decem librarum applicanda Universitati predicte. Et quod etiam nulla persona audeat dictam lanam seu pilum tinctum in Teramo vendere vel in domo sua retinere nec pannum inde factum ad vendendum portare sub iam dicta penam et perdictione mercantie. Et super predictis Judex qui pro tempore fuerit mense quolibet teneatur et debeat diligentem inquisitionem facere inter homines exercentes artem lane predicte et similiter notarius capitulorum. Ac etiam superstes dicte artis ad investigandum circa predicta semper sit sollicitus et actentus.

---

[1] Manca qui o si sottintende la frase *inventum fuerit*.



*De pannis nec ingandatis neque stiratis fiendis in Teramo.*
*Rubrica LXXXXIIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla in Teramo et eius districtu audeat facere pannos deceptos sive ingandatos[1] set quilibet artem pannorum faciens teneatur mictere novem vel octo legamina ad minus nec possit quis pannos alicuius tirare per talliam.[2] Et qui contrafecerit pro quolibet casuum predictorum et vice qualibet penam incidat quadraginta soldorum. Et super predictis notarius capitulorum inquirat. Et fiant iurati quorum et cuiuscunque relationi credatur cum uno teste idoneo.

*De bulla seu imprompta ponenda in petiis pannorum.*
*Rubrica LXXXXV.*

Assisiam facimus quod fiat quedam bulla sive imprompta que apponantur in petiis pannorum quam retineat Judex vel notarius capitulorum qui pro tempore erit in civitate predicta et ipsam impromptet in plumbo immisso in capitio petie panni in presentia superstitis dicte artis lane qui approbet ipsum pannum bene et legitime esse factum. Et si quis vel si qua portaverit pannum lane extra Teramum ad vendendum sine dicta bulla seu imprompta perdere debeat ipsum pannum quod dicte Universitati pene nomine applicetur.

---

[1] *Incantato* dicesi presso di noi metaforicamente delle cose tese ed indurite. Qui invece dal sinonimo latino *deceptus*, malamente, crediamo noi, adoperato dal compilatore, si argomenta che questi l' ha inteso, fuor di metafora, per *ingannato*.

[2] Il Du Cange ha: « *Talia*, Stria in vestimentis, seu rugæ pars eminens ac protuberans in longum deducta ad instar *taliæ*, seu *taleæ*, quæ proprie significat arboris ramum ex utraque parte æqualiter præcisum. » Qui però ci pare che *tallia* debba intendersi per orlo del panno, il cui tirare era vietato acciò non restasse frodato il compratore dal venditore; siccome questo non potea allungare il panno con troppi legami a danno del primo.

*De macellariis - Rubrica LXXXXVI.*

Assisiam facimus quod Judex quilibet qui pro tempore fuerit in Teramo banniri facere teneatur in tempore quatregesimali per totam civitatem in locis publicis et consuetis eiusdem quod si quis in Teramo macellum facere voluerit vadat ad ipsum Judicem et faciat se scribi pro macellario infra terminum in ipso bampno dicendum et prefigendum. Et Judex ab uno quoque recipiat fideiussorem et iuramentum quod toto tempore suo faciet macellum et vendet carnes fideliter et legaliter iuxta formam assisiarum et deliberationum super venditione carnium factarum et fiendarum. Et si quis ipsorum se scribi non fecerit et fideiussorem idoneum infra dictum terminum in bampno prefixum non prestiterit carnes et macellum sine licentia Judicis et notarii ex tunc in antea toto tempore Judicis non presumatur. Et si quis post bampni terminum macellum facere inventus fuerit condempnetur vice qualibet in soldis viginti. Item quod quandocunque (?) aliquis alius venerit ad Judicem et fideiussorem dare voluerit et iurare facere macellum secundum formam assisiarum ut supra admictatur et recipiatur. Et quod tam in macello terre nove quam terre de foris ordinentur quinque iurati privati videlicet tres in macello terre nove et duo in terra de foris, qui referant Judici vel notario capitulorum macellarios delinquentes contra formam seu tenorem assisiarum et deliberationum qui eligantur arbitrio dicti Judicis vel notarii et sint homines bone fame quorum cuiuslibet sacramento credatur. Hoc tamen addito et expresso quod si macellarius per Juratum relatus arbitratus fuerit seu immaginari potuerit referentem et ipsum propterea nominaverit iudici nomine proprio ac etiam sibi malivolum et rationabiliter suspectum fore et esse probaverit quod tunc et eo casu Judex vel notarius capitulorum contra ipsum macellarium occasione relationis predicte minime procedat pena eorum prestiti Juramenti.



*De rotulis sanis medio tertio et quarto per macellarios habendis - Rubrica LXXXXVII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli macellarii artem et exercitium macelli in Teramo facientes et exercentes habeant et habere et retinere teneantur e t debeant infrascripta pondera ad ponderandum carnes quibuscunque emere volentibus, videlicet Rotulum medium rotulum tertium et quartum rotulum, que pondera sint ferrea et rotulus sit triginta sex unciarum [1] ad pondus lucense. Et ad ipsa pondera vendant carnes. Et habeant trutinas ereas et equales. Et pondera predicta sigillentur sigillo Judicis vel notarii capitulorum. Et qui in ipsorum predictorum aliquo defecerit solvat vice qualibet quinque soldos.

*Quod ponderent trutinarum capite non ligato. Rubrica LXXXXVIII.*

Assisiam facimus quod dicti macellarii ponderent cum ipsis trutinis que trutine habeant lagellas [2] ubi diudicantur, et ponderent capite non ligato nec aliqua parte capitis ipsarum trutinarum ligata. Et dictas trutinas actent et retineant magis altas ab illa parte in qua ponuntur carnes ad vendendum in tantum quod lagena dictarum trutinarum in qua ponuntur carnes existat altior altera lagena in qua ponuntur pondera per longitudinem sive spatium unius semissis vel submissi. Et qui contrafecerit in aliquo predictorum, solvat vice qualibet quinque soldos.

[1] Cioè un chilogramma meno un'oncia, la quale equivale a gr. 27 $^1/_2$.

[2] Non trovasi questo vocabolo nel Du Cange. Potrebb' essere quella lancetta posta nell' asta, leva o stilo della bilancia per bene equilibrarla, detto ago e da noi *giudice*. La *lagena* qui è per ciascun bacino o piatto della bilancia; dal latino e greco λάγγηνος *orcio*, vaso di creta a collo stretto.

*De carnibus vicissim et successive vendendis. Rubrica LXXXXVIIII.*

Item quod ipsi macellarii teneantur et debeant carnes petentibus vicissim et successive dare et vendere, videlicet quod primo ad macellum euntibus et carnes petentibus dare debeant donec habuerint deinde posterioribus successive. Et si quis ipsorum contrafecerit solvat vice qualibet soldos duos, et sacramento denunctiantis cum uno teste credatur. Hoc tamen salvo quod si propter multitudinem astantium pro carnibus ad macellum ipsas carnes dare non possent de quo stetur et credatur sacramento macellarii cum uno texte qui scriba macellariorum[1] ne de ipsorum numero ad penam ipsam minime teneantur.

*De pena macellariorum minora pondera retinentium. Rubrica C.*

Si vero minora pondera vel maiora alicui macellariorum inventa fuerint, videlicet, Rotulus, medius tertius vel quartus pro quolibet pondere minori vel maiori propter modum condempnetur ipse macellarius vice qualibet in soldis viginti. Item quod alia pondera, videlicet medius tertius et quartus adequata sint cum rotulo sano ita quod medius rotulus sit unciarum decem et octo, tertius unciarum duodecim et quartus sit unciarum novem ad pondus lucense.

*De similibus ponderibus habendis per camerarium Universitatis cum quibus examinari valeant pondera macellariorum - Rubrica CI.*

Item quod camerarius Terami habeat similia pondera et trutinas in Camera Universitatis predicte ita

[1] Par che manchi qualche parola; forse un *sit?*



quod cum sit inquisitio et requisitio de ponderibus macellariorum cum ponderibus dicti camerarii. Et exinde sumi possit iudicium utrum macellariorum pondera vera sint. Et iudex vel notarius capitulorum saltim semel in ebdomada requiri faciant singula pondera ipsorum macellariorum. Et si negligentes fuerint penam incidant ebdomada qualibet decem soldorum pro quolibet ipsorum et prestiti iuramenti.

*Quod macellarii cum ponderant cum manu vel digito non premant - Rubrica CII.*

Item quod macellarii in vendendo carnes plano modo ponant carnes in blancea (*sic*) neque cum manu vel digito premant ut citius belancea[1] in qua sunt carnes declenetur ad terram. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet quinque soldos et stetur sacramento denunctiantis cum uno teste idoneo. Excepto quod quum digitum vel manum apposuerit in belancea causa videndi et arbitrandi quantas carnes plus ponere habeat quum carnes posite ad pondus non ascenderent et pondus complere vellet, non teneatur ad penam.

*De feriis macellariorum et forma in venditione carnium fienda - Rubrica CIII.*

Assisiam facimus quod macellarii faciant et ad sufficientiam ad vendendum retineant continue et successive de carnibus in locis decentibus et sine temporis intervallo diebus singulis quibus carnes requiruntur et eduntur. Exceptis diebus dominicis, Nativitatis domini, festivitatibus beate marie virginis, videlicet a mane usque ad horam none, vigilliis (*sic*) apostolorum et aliarum festivitatum habentium canonizatas vigilias et quatuor temporibus dum tamen quod semper die sabbati

[1] La forma di tale bilancia si vede qui disegnata a penna nel margine e il lettore la può scorgere riprodotta nell'*Appendice* al nostro *Studio* su questi Statuti

liceat macellariis ipsis de carnibus ad sufficientiam facere. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem. Et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste. Item quod die sabbati macellarii ipsi curent quod de carnibus castratinis porcinis et vaccinis coppia fiat. Et si quis contrafecerit temporibus et horis congruis ut Judici et notario capitulorum convenire videbitur condempnetur vice qualibet in soldis quinque. Item quod iudex quilibet in principio sui regiminis et successive ad querimoniam macellariorum vel aliorum hominum proponat in concilio sex de regimine quod provideatur de modo et forma tenenda super singulis carnibus vendendis et ipsam formam et modum prout deliberatum fuerit observari faciat immutari faciendo pretium dictarum carnium de caro ad vile et de vili ad carum secundum temporum qualitatem et valorem animalium ad macellum aptorum. Et semper cum forma et modus predictus traduntur. Judex bampniri faciat in Teramo per loca consueta quantum singule carnes posite vendeantur. Et si quis post emissum bampnum contra formam deliberationis facte facere inventus extiterit in soldis decem vice qualibet condempnetur. Et quod deliberatio consilii et modus et forma tenendi scribantur in libro reformationum [1] civitatis predicte et ipsa reformatio pro assisia habeatur. Item quod macellarii ipsi carnes ipsas, videlicet, porcinas pecudinas castratinas et vaccinas ac caprinas vendant et vendere debeant singulis petentibus ad rotulum, medium, tertium et quartum iuxta formam et modum in reformatione consilii stabilitum et secundum affectum ut supra traditum, et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque. Et Judex et notarius capitulorum ex vigore dicti affecti contra macellarios delinquentes procedant. Item quod de predictis omnibus contra macellarios stetur et credatur sacramento denunctiantis, dummodo

[1] Anche noi, come di qui si scorge, avevamo cotesto libro, appunto come nella repubblica fiorentina erano allora celebri e il *libro delle riformagioni* e i magistrati a queste preposti.



quod denunctiator sit homo bone fame et non cavilliosus cum uno teste idoneo de quo stetur arbitrio Judicis vel notarii capitulorum. Item quod Judex vel notarius capitulorum teneatur et debeat eligi facere duos probos et legales viros de consilio qui vadant una cum dicto notario ad videndum pretium castratorum et aliorum animalium qui probari opportuerint et carnes ponderentur et secundum quod arbitrati vendi posse per macellarios sine aliquo eorum dampno, sic valeant carnes ponere et tassare ita tamen quod carnes castratorum apuleorum semper vendantur minori pretio quam carnes castratorum aprutinorum, videlicet duobus denariis pro quolibet rotulo.

*Quod porcos non decorient nec lardum elevent et quod non vendant nisi modo infrascripto - Rubrica CIIII.*

Assisiam facimus quod macellarii ipsi porcos et scrofas macellantes ipsos porcos et scrofas decoriare non debeant nec ex eis lardum elevare,[1] videlicet de non excedentibus valorem quinquaginta soldorum. Et si elevare contingeret teneantur ipsum lardum vendere quantum alie carnes porcine venduntur. Et qui contrafecerit in quolibet casuum predictorum solvat vice qualibet quinque soldos. Quando vero porcus macellandus esset vel esse arbitrari posset maioris valoris quadraginta soldorum possint ex eis lardum elevare et ipsum vendere duobus denariis plus pro quolibet rotulo quam alie carnes porcine vendantur.

*Quod non vendant ad pondus cum aliis carnibus et capita - Rubrica CV.*

Item quod non vendant cum aliis carnibus vel etiam sine aliis carnibus ad pondus capita vel tibias sive gam-

[1] Questo verbo, adoperato sempre in questi Statuti in senso di *togliere*, proviene dall'uso dialettale della voce *levare* che presso il nostro popolo equivale appunto a *togliere*.

bas epata pulmones lienes sive milzas vel corda quorumcunque animalium, videlicet gammas [1] a geniculis infra nec capita porcorum ab oculis supra sed ab oculis infra. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet sollos quinque. Item quod nullus macellarius vendat carnes proiectas in sale pro carnibus salitis seu siccis nisi ipse carnes in sale permanserint per mensem unum et suspense ad summum per dies quindecim ad minus. Et si minus stetissent pro recentibus vendant eo pretio quo recentes carnes porcine venduntur. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque.

*De non inflando nec elevando lumbellos.*
*Rubrica CVI.*

Item quod dicti macellarii non possint animalia que macellant decoriando vel alio modo inflare nec elevare lumbellos de carnibus per ipsos in macello vendendis. Et si quis ipsorum contrafecerit in quolibet casuum predictorum solvat penam vice qualibet quinque soldorum. Et denunctiantis sacramento credatur si bone sit fame.

*De non elevando testiculos - Rubrica CVII.*

Item quod testiculos de bestiis pecudinis vel caprinis non amoveant usque ad ultimum quartum ipsarum bestiarum etiam si castrati vel torti essent, immo cuilibet petenti et videre volenti, testiculos ipsos ostendant, ad hoc ut per ementes sciatur cuius qualitatis bestia queque fuerit. Et si quis ipsorum macellariorum contrafecerit in decem soldis vice qualibet condempnetur.

*Qualiter lardum vendant - Rubrica CVIII.*

Item quod quando contingeret dictos macellarios vel eorum aliquem lardum elevare, videlicet de porco excedente valorem quadraginta soldorum de quo elevare liceat iuxta longitudinem et latitudinem lumborum debeant ipsum lardum sic elevatum continue in eorum bancis retinere et vendere quibuscunque volentibus emere ad dictam rationem duorum denariorum ultra pretium aliarum carnium porcinarum pro quolibet rotulo. Et renitentes vendere his qui emere vellent non excusentur, posito quod dicant se ipsum lardum aliis vendidisse, ex quo invenit in bancis. Et qui contrafecerit penam incidat vice qualibet decem soldorum.

[1] Noi diciamo, con eufonia dialettale, *gamma* in luogo di gamba.



*Quod in una et eadem bancha diversas carnes inter se similes ad vendendum non retineant - Rubrica CVIIII.*

Item quod dicti macellarii diversas carnes inter se similes ut puta castrati et pecudis vel montoni vel porci et scrofe vel porcelle et sic de singulis in una et eadem banca ad vendendum retinere non debeant. Et si quis ipsorum contrafecerit puniatur vice qualibet in soldis viginti. Et notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis. Et etiam denunctiantis sacramento cum uno teste credatur.

*Quod non vendant unas carnes pro alteris.*
*Rubrica CX.*

Item quod non vendant unas carnes pro alteris, nec etiam infectas seu infirmas qualitercunque pro sanis nec fedititias pro recentibus nisi predicerent ementibus. Et si quis eorum in aliquo predictorum contrafecerit, solvat vice qualibet soldos triginta. Possint tamen dicti macellarii infrascriptis mensibus, videlicet, Octobris, Novembris, Decembris, Januarii, Februarii, Martii et Aprelis carnes una die macellatas altero die proxime sequenti et alio proxime subsequenti vendere si ementibus predixerit sine pena et bampno, et qui non prediceret penam incidat vice qualibet quinque soldorum. Liceat etiam ipsis macellariis carnes infectas et egrotas

vendere estra (*sic*) macellum terre nove et extra macellum terre de foris pro medietate eius pretii quo venduntur carnes bone eiusdem speciei, dum tamen quod ementibus enunctiet et declaret ipsarum carnium qualitatem. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet sollos viginti. Et de predictis sacramento stetur denunctiantis qui secretus habeatur.

*Quem ordinem observent circa venditionem carnium bovinarum et de duobus hominibus propterea eligendis - Rubrica CXI.*

Assisiam facimus quod circa venditionem carnium bovinarum talis ordo per macellarios observetur, videlicet, quod de bove vel vacca empto vel emta pro pretio quatraginta et abinde supra usque in quantitatem quinquaginta soldorum vendant rotulum carnium ipsorum duobus denariis. Et quinquaginta soldis supra usque in quantitatem trium librarum tribus denariis. Et generaliter abinde in antea quot libris dicti (?) bos vel vacca constiterit tot denariis rotulum vendant preter denarium quartutii [1] dum tamen quot ratione maioris pretii quod bos vel vacca constiterit in vendendo quantitatem decem denariorum pro quolibet rotulo si commode possit fieri, non exendant. Ad que notarius capitulorum cum duobus hominibus per sex de regimine propterea eligendis provideant secundum temporum qualitates qui etiam pretium piscium tassent et ordinent. Et prout super predictis per dictos notarium et homines tassatum et ordinatum fuerit, ita servetur, quorum duorum hominum officium duret mensibus duobus et non ultra. Et si quis contrafecerit in predictis in viginti soldis vice qualibet condempnetur.

---

[1] Questo *quartuccio* par sia qualche balzello pagato al Comune. Nel Du Cange *Quartutium* è spiegato per la *quartuccia* del fiasco toscano; ma qui tal significato non calza. Era la tassa del *quartuccio*, su cui v. il REZASCO, a questa voce e ciò che noi ne scrivemmo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte VI economica, Tributi.*



*De pena beccariis per guastinarum notarium imponenda. Rubrica CXII.*

Item quod notarius guastinarum possit et valeat macellarios ipsos ad faciendum carnes compellere eisque et ipsorum cuilibet penas et banpna decem soldorum sepe sepius imponere et ab eisdem exigere ipsosque condempnare prout ipsi notario placuerit et videbitur expedire.

*Carnes bovine et aliorum animalium casu depreditorum qualiter vendantur - Rubrica CXII bis.*[1]

Si autem aliquis de teramo vel eius districtu aliquem bovem vel vaccam seu quodcunque aliud animal cuius carnes forent habiles ad vendendum et venendi liceret, aliquo casu ut puta precipitatione ruina percussione lupi morsu [2] vel canis, non tamen infectione vel morbo amiserit, vendat et vendere possit et ei liceat eius ipsius animalis carnes in macellis vel alibi ubi eidem magis placuerit pretio quo potuerit meliori. Et quod etiam macellarius quilibet ad petitionem dicti massarii sive patroni dicti animalis, possit et debeat ipsas carnes macellare et vendere dum tamen quod ipse massarius [3] vel aliquis alius pro eo qui non sit macellarius ibi assistat et pro ipso massario pecuniam ex carnium venditione recipiat. Et ipse macellarius pro suo labore recipiat pro quolibet animali parvo denarios quindecim et pro bove vel bacca soldos duos cum dimidio. Et si quis macellarius per massarium requisitus predicta facere neglesserit vel fraudem sive dolum commiserit, solvat vice qualibet sollos viginti. Item nullus

---

[1] Nell' originale si legge veramente CII, che noi, per maggiore chiarezza, abbiamo corretto in CXII *bis*.

[2] Ciò mostra che i lupi erano allora non iscarsi nelle nostre campagne, giacchè ora tal caso di morsi lupini non si contemplerebbe al certo. Il diboscamento e il cresciuto numero degli agricoltori hanno presso noi quasi in tutto estiuta quella razza di animali.

[3] Nel testo è scritto *mas.*

macellariorum carnes ipsas animalium sic casu depreditorum seu amissorum calumpniose vel simulate emat ut ipsas post ad libitum vendat, eas asserendo alicuius massarii, set enuntiet et predicat emere volentibus ipsas fore talis animalis talis massarii, quod si non fecerit, colludium et simulatio ipsa eo ipso aperte presumatur et in soldis viginti vice qualibet condempnetur. Et quod semper massarii ipsi iurent quod carnes ipsas macellariis non vendent nec vendiderunt.

*Quod carnes de bancis non ponderatas quis non accipiat - Rubrica CXIII.*

Item quod de bancis macellariorum sine ipsorum licentia carnes et presertim non ponderatas et de quibus eis satisfactum non fuerit nemo accipere vel tollere audeat vel presumat. Contrafaciens vero in soldis duobus vice qualibet puniatur.

*Quod macellarii publice macellent animalia in plateis - Rubrica CXIIII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli macellarii predicti publice et in plateis publicis de macello ac de die tantum, videlicet a sono campane que de mane pulsatur ad primam usque ad sonum campane que pulsatur ad completorium [1] interficiant et interficere teneantur et debeant queque animalia macellanda per eos quorum animalium sanguinem intestina et ossa in ipsis plateis non proiciant nec relinquant neque in eorum bancis retineant nec etiam dictorum animalium ventres ibidem frangant nec eos relinquant nec fimum seu letamen ipsorum animalium in macello seu iuxta banchas macelli coadunent. Et qui contrafecerit in quocunque casuum predictorum solvat vice qualibet soldos quinque.

[1] Cioè, come noi crediamo, dagli ora chiamati *tocchetti* delle campane del Duomo (che si dà tuttora alle ore 9 ½ del mattino) fino al suono della Compieta, che si batte 3 ore innanzi sera. V. del resto il *Suono delle campane* nella *Parte IV etica* del nostro *Studio* su questi Statuti.



*Quod carnes non ponant in alienis bancis. Rubrica CXV.*

Item quod carnes non ponant in alienis bancis circumadiacentibus nec in lapidibus mensurarum.[1] Et qui contrafecerit solvat vice qualibet quinque sollos.

*Quod coria et pelles fetidas in bancis et stangis existentibus in plateis non retineant - Rubrica CXVI.*

Item quod tam macellarii quam etiam calzolarii retinere non audeant nec presumant retinere in eorum bancis et stangis vel etiam alienis existentibus in plateis publicis coria vel pelles fetidas vel pilosas. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque. Item quod dicti macellarii sub pretextu multitudinis gentium carnes petentium seu quovis alio velamento carnes in eorum stationibus a mane usque [2] tertias et a nonis usque sero. Et si quis contrafecerit vice qualibet solvat quinque soldos. Et in quibuslibet aliis capitulis suprascriptis, si contrafecerit solvat penam in eis contentam. Et denunctiantis sacramento cum uno teste credatur. Et per Judicem vel notarium capitulorum condempnetur.

*Quod pelles non siccent - Rubrica CXVII.*

Item quod nullus macellarius audeat seu ratione aliqua debeat coria et pelles insiccare. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet quinque soldos.

*Quod vendantur carnes porchettarum - Rubrica CXVIII.*

Assisiam facimus quod vendere volentes carnes porchettarum in Teramo teneantur et debeant ipsas carnes

[1] Cioè nelle misure di pietra, che il nostro Comune, siccome tanti altri d'Italia, teneva in pubblico per tipo legale.
[2] Manca qui un *ad*.

vendere ad rotulum sanum medium tertium et quartum prout alie carnes porcorum venduntur. Et liceat ipsas vendere in macellis et alibi modo predicto dum tamen quod vendantur ad rationem quindecim denariorum pro quolibet rotulo et plus et minus prout per notarium et affectatores fuerit ordinatum. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet quinque soldos.

*De gabella solvenda de carnibus salatis. Rubrica CXVIIII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli salatas [1] de porcinis carnibus causa ipsas vendendi facientes, teneantur et debeant solvere gabelloto macelli Civitatis predicte pro iure gabelle pro quolibet porco integro denarios duodecim. Et si ipsas carnes salatas facientes eas vendere contingerit in teramo ad minutum, videlicet, ad libram, solvere teneantur et debeant gabelloto predicto pro quolibet rotulo duos denarios. Et qui contrafecerit penam incidat vice qualibet centum soldos.

*Quo ordine carnes castratine vendi debeant secundum eorum qualitates et quod grassum non mictatur in urinionibus - Rubrica CXX.*

Assisiam facimus quod unusquisque macellarius teneatur et debeat castratinas carnes vendere modo infrascripto, videlicet, quod carnes ad ferrum vendantur rotulus (*sic*) pro qualitate temporis secundum determinationem per notarium capitulorum et examinatores per examen factam. Carnes vero castrati ammalgiati sive torti, qui habeant testiculos bene siccos, vendantur minori pretio, videlicet duobus denariis per quemlibet rotulum, quam castrati facti ad ferrum. Carnes vero montoni vendantur minori pretio quam carnes ammalgiati sive torti per quemlibet rotulum duobus denariis. Item quod dicti castrati qui sic venduntur debeant ad minus ascendere ad pondus septem rotulorum pro quolibet. Et si minoris essent ponderis vendantur eo pretio quo venduntur montoni. Carnes vero castrati caprini vendantur medietate pretii quo venduntur carnes castrati ad ferrum. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet decem soldos. Item quod nullus macellarius audeat suffisticare carnes nec sepum [1] vel grassum vel retiolam in urinionibus vel super flancos et cossas castratorum immictere seu imponere ut propterea magis grassi appareant, set eos in suo esse permictantur. Et quod sepum castrati vendant unicuique petenti dummodo quod ipsum ponderent una cum carnibus. Et qui contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum penam incidat vice qualibet quinque soldorum. Et quilibet denunctiare possit et eius iuramento credatur.

[1] Anche questo è un nostro idiotismo latinizzato; perocchè noi diciamo assolutamente *la salata* una certa quantità di carne porcina salata per la conservazione.



*Quod macellarii nolentes ulterius facere carnes renunctient per duos menses ante finem conventi temporis - Rubrica CXXI.*

Assisiam facimus quod quilibet macellarius qui ad faciendum carnes in Civitate Terami esset pro certo tempore obligatus et ipso tempore finito non intenderet ulterius facere carnes teneatur et debeat per duos menses ante finem dicti promissi temporis id notificare et renunctiare macellum in manibus Judicis et sex de regimine dicte Civitatis ut possent super predictis providere. Et qui contrafecerit non notificando et renunctiando ut supra penam incidat vigintiquinque librarum Universitati Terami applicandarum. Et nichilominus teneatur et debeat pro tempore sex mensium successive sequentium facere macellum ac si solenniter et legitime repromissessent (*sic*) et obligati fuissent.

[1] In luogo di *sebum* o *sevum*, cioè sevo.

*De piscibus per tabernarios non emendis.*
*Rubrica CXXII.*

Assisiam facimus quod nullus tabernarius neque tabernaria vel quivis alius seu alia audeat aliquo tempore per se vel per alium publice vel occulte seu alio quesito colore emere in Civitate Terami vel eius districtu piscium quantitatem quatuor rotulorum vel ab inde supra diebus singulis causa ipsos revendendi, quod semper in tabernis presumatur causa revendendi nisi contrarium probaretur. Et qui vel que contrafecerit vel fraudem sive colludium commiserit solvat vice qualibet soldos decem. Et pisces auferantur eidem et inter pauperes distribuantur. Et sacramento denunctiantis qui bone sit fame cum uno teste credatur et teneatur privatus. Item quod nullus et nulla de Teramo et eius districtu audeat vendere pisces forensium nec simul cum eis stare cum vendunt eosdem. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem. Et sacramento denunctiantis si bone fame sit credatur. Et Judex vel notarius de predictis ex suo offitio inquirere teneatur. Item quod siquis abstulerit pisces venales alicui vendenti pretio non soluto solvat penam vice qualibet viginti soldorum. Et credatur sacramento denunctiantis cum uno teste.

*Quod pisces marini et lacuum vendantur*
*ad rotulum - Rubrica CXXIII.*

Assisiam facimus quod pisces marini et lacubus de foris ad Civitatem Terami venientes anguillis dumtaxat exceptis vendantur ad rotulum prout venduntur carnes in Teramo. Et qui contrafecerit tam emptor quam venditor et ipsorum quilibet penam incidant pro quolibet et vice qualibet quinque soldorum. Et denunctiantis sacramento credatur. Correpta est presens assisia loquens de piscibus quod rotulus sit et esse debeat quatuor librarum, et postquam pisces fuerint exonerati non possint extrahi extra civitatem ad penam unius augustalis in (?) quemlibet et a quolibet contrafaciente auferendam.[1]



*Quod piscatores extra Civitatem Terami post tertium sonum campane non morentur - Rubrica CXXIIII.*

Item quod nullus piscator post tertium sonum campane que pulsatur de sero pro custodia Civitatis Terami moretur extra Civitatem Terami occasione capi pisces post dictum sonum usque ad auroram ipsam civitatem exire vel reintrare debeat. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque et denunctiantis sacramento credatur.

*Quod calzolarii boves macellonicos macellare possint et vendere et de certo ordine in eorum servando - Rubrica CXXV.*

Assisiam facimus quod quilibet calzolarius de Teramo possit et ei liceat boves macellonicos et quecunque alia animalia ex quibus vellet coria conciare emere et eorum carnes vendere ad loca consueta iuxta formam assisiarum supra loquentium de carnibus bovinis seu vaccinis et aliorum animalium vendendis. Item quod quilibet calzolarius de Civitate Terami possit et debeat portare coria lavata a flumine et ipsa coria in sua banca suere non obstante aliqua alia assisia in contrarium loquente. Item quod calzolarii de Civitate predicta volentes conciare seu conciantes coria bobum vel aliorum animalium pro solis in concimine lentesci non possint ipsa coria mictere ad curamen nec possint iungere nec ex eis facere calciamenta. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet quinque soldos. Et credatur sacra-

[1] Quest'ultimo periodo è aggiunto più tardi dalla stessa mano ma con inchiostro diverso e occupa una parte del margine del nostro Codice.

mento denunctiantis cum uno teste qui sit de arte calzolarie. Et denunctiator habeat medietatem condempnationis et teneatur privatus.

*De rebus commestibilibus non incoptumandis.*
*Rubrica CXXVI.*

Assisiam facimus quod nullus reacterius[1] sive reacteria revendiriculus[2] sive revendiricula nec alia aliqua persona quocunque nomine noncupetur audeat vel presumat diebus sabbatinis et veneris nec etiam aliis diebus, videlicet, diebus sabbati a mane usque ad nonas et diebus veneris et aliis diebus a mane usque ad vesperas incoptumare[3] seu emere causa aliis carius revendendi ova caseos pullos fructus legumina vel quecunque alia commestibilia venientia in foro et ad civitatem Terami ad vendendum sine expressa licentia Judicis Terami qui pro tempore fuerit nisi pro eorum usu emerent de quo stetur discretioni et arbitrio Judicis vel notarii capitulorum.

*De non extrahendo caputeum neque dilaniando pannos pro defuncto - Rubrica CXXVII.*

Assisiam facimus quod accedentes ad luctum seu ad assotiandum funus pro defuncto seu defuncta caputeum sive carpusiam[4] vel birretum non extrahant nec normam in caputeo mutent neque pannos dilanient nec barbam portent post sex dies elapsos a die dicti funeris.[5] Nec aliquis vel aliqua ad domum defuncti vel

[1] Cioè, rigattiere.

[2] Cioè, rivendugliolo. Nel dialetto diciamo *vendiricolo,* donde il latino del Codice.

[3] Questa voce crediamo equivalga ad *accaparrare.* Nel Du Cange c'è solo *coptumum* nel significato di tributo e di prestazione.

[4] *Caputeum* è il cappuccio. *Carpusia*, che non è nel Du Cange, stando qui tra il cappuccio ed il berretto, dev'esser forse una specie di cappello.

[5] La podestà civile entrava in que' tempi di confuse attribuzioni nelle appartenenze della vita più intima e perfino a prescrivere i segni di lutto. Si noti intanto che cotesto portar la barba per parecchi giorni in attestato di corrotto dura ancora presso i nostri contadini.



eius heredum sive successorum vel pertinentis ad comedendum cause consolationis[1] sive recreationis accedat nec aliquod ensenium vel esculenta sive poculenta mictat. Et si quis contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque, et credatur sacramento denunctiantis qui privatus retineatur. Hec tamen assisia locum non habeat in carnalibus et consobrinis qui possint extrahere caputeum seu carpusiam vel birretum et similiter mutare normam[2] et barbam portare, que etiam omnia liceant patri pro filiis socero et socro pro genero fratri pro fratre carnali et cognato carnali pro cognato et marito pro uxore et e converso et aliis domesticis eorumdem sine pena et bampno.

*Quod luctus de nocte pro defuncto non fiat.*
*Rubrica CXXVIII.*

Item quod quando aliquis vel aliqua moriretur, pro eo vel ea non fiat de nocte plantus gemitus sive luctus set in aurora diei et nullus de nocte ad lugendum accedat, et qui contrafecerit solvat vice qualibet soldos duos. Item quod datium[3] defunctorum detur per fideicommissarium laicum clericis semper morantibus in exequiis indutis cotta. Et fideicommissarii et heredes dare non debeant aliquem denarium vel candelam alicui pro clerico absente vel presente sine cotta pena decem soldorum. Et de omnibus supradictis capitulis Judex et notarius capitulorum teneatur in morte cuiuslibet facere inquisitionem.

[1] Qui son menzionati quei pranzi *di consolazione* che i parenti mandano tuttora alla famiglia di un morto e che il nostro volgo chiama perciò *cònsoli*.

[2] La *norma* doveva essere la forma ordinaria del cappuccio, o piuttosto qualche segno od ornamento del medesimo.

[3] Il *datium* de' morti sembra qui essere il compenso che davasi ai chierici celebranti.

*De non eundo ad ecclesiam plorando pro defuncto.*
*Rubrica CXXVIIII.*

Assisiam facimus quod nulla mulier audeat ire plorando et corruptando [1] pro defunto vel defuncta cum deportatur ad ecclesiam ad seppelliendum et etiam aliis diebus sequentibus ad seppulturam defuncti ultra duas domus vicinas domui quondam defuncti vel defuncte. Et quod etiam nulla mulier audeat corruptare pro aliquo defuncto cum eius seppultura aperiretur vel excopriretur vel eius ossa levarentur abinde. Item quod nulla mulier audeat sibi elevare vendam [2] quum aliquis vel aliqua in Teramo et eius districtu moritur et homines intersunt ad luctum faciendum nisi coniuncta seu actinens fuerit defuncto vel defuncte in secundo vel in tertio gradu consanguinitatis vel affinitatis. Et que contrafecerit puniatur in quolibet casuum predictorum et vice qualibet in soldis decem. Et Judex vel notarius capitulorum de omnibus predictis inquirat sub vinculo prestiti iuramenti, quum aliquem vel aliquam mori contingerit et seppelliri in Teramo sive sibi denunctietur sive non. Et de omnibus que in presenti assisia continentur fiant iurati in Teramo et eius villis.

*Quod nulla bona defunctorum bampniri debeant*
*in die sabbati - Rubrica CXXX.*

Assisiam facimus quod bona defunctorum in die sabbati aut in die veneris bampniri non debeant. Et si aliquis bampniret vel bampniri faceret solvat vice qualibet Camerario Terami penam viginti soldorum.

---

[1] Il *corruptare* pare sia qui il vestirsi e l'atteggiarsi a lutto, giacchè il corrotto o piagnistèo è espresso dall' altro verbo *plorando*.

[2] Tal voce non esiste nel Du Cange, nè è facile assegnarle il significato. Solo dal contesto si può arguire in generale esser la *venda* un copricapo che le donne toglievansi ne' giorni di corrotto. V. la *venda* nella *Parte IV etica* (*Vesti femminili*) del nostro *Studio* su questi Statuti.



*Quod nulla mulier ad aliquam infantatam*
*ire audeat - Rubrica CXXXI.*

Assisiam facimus quod nulla mulier de Civitate Terami audeat ad aliquam mulierem infantatam [1] usque ad unum mensem a die quo peperit computandum. Et si qua contrafecerit solvat vice qualibet soldos quinque. Et Judex vel notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis. Et hec assisia locum non habeat in mulieribus vici vel convicinii domus dicte parturientis et in affinibus et consanguineis ipsius de qua consanguinitate et affinitate per duos testes fidem facere teneantur.

*De bladis non coptumandis vel emendis*
*causa revendendi - Rubrica CXXXII.*

Assisiam facimus quod nemo audeat in foro Terami emere vel per interpositam personam emi facere causa revendendi pro lucro aliquo faciendo granum ordeum speltam fabas vel aliquod aliud genus bladi. Et qui contrafecerit penam solvat vice qualibet inremissibilite trium librarum universitati Terami applicandam.

*De guado infra muros Civitatis non macerando.*
*Rubrica CXXXIII.*

Assisiam facimus quod infra muros Civitatis Terami guadum [2] nemo macerare vel macerari facere audeat vel presumat. Cum guadum ipsum apud bonos et graves et apud quoslibet homines nimie sit putredinis. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos centum.

---

[1] *Infantare* vuol dire nutrire a guisa di bambino; quindi la *mulier infantata* sarà la donna che allatta nel suo puerperio i bimbi e che noi chiamiamo *la figliata*.

[2] Il guado è una pianta che serviva a tingere i panni in azzurro. È detta dai botanici *Isatide dei tintori* ed è ora sostituita dall' indaco

*De alienis lignis sine patroni licentia Teramum non apportandis - Rubrica CXXXIIII.*

Assisiam facimus omni tempore valituram quod nullus et nulla sive sit civis vel districtualis Terami sive exterus extera vel forensis non habens ligna sive arbores in territorio et districtu Terami audeat vel quoquomodo presumat apportare ad civitatem Terami ex alienis silvis vel arboribus ad vendendum seu donandum vel etiam pro domo et se et sua familia aliqua ligna grossa sive minuta nisi emisset ab aliis de sua pecunia. Et qui vel que contrafecerit teneatur vice qualibet et pro salma qualibet [1] penam viginti soldorum. Et habeatur pro portatore vel donatore vel venditore alienorum lignorum et non suorum solum qui habitat in massaria [2] aliqua cuiuscunque de Teramo vel laboret terras alicuius de Teramo vel inventus relatus accusatus sive denunctiatus probare non poterit ligna ipsa apportata venditata donata donanda sive vendenda emisse vel probaret sacramento patroni habuisse licentiam apportandi vel vendendi sive donandi vel consumendi ligna predicta. Et notarius capitulorum inquisitionis et investigationis offitium summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii prout et sicut et quum sibi videbitur facere possit et debeat et investigare in plateis et ad portas et alibi ubi ligna venduntur sepe sepius vinculo sui prestiti iuramenti.

*Quod Florentini Senenses Perusini et Aretini sint a gabellis Terami liberi et exempti - Rubrica CXXXV.*

Assisiam facimus perpetuo observandam quod omnes et singuli homines et persone Civitatum Florentie Se-

[1] Manca qui qualche parola, siccome *solvere*.

[2] *Massaria* chiamiamo sia la casa colonica e sia un podere tenuto a colonia in cui cioè il padrone e il coltivatore partecipano ai frutti ed alle spese in varia proporzione, secondo i patti. Vi si può scorgere agevolmente l'etimologia dal podere longobardo detto *Massa* (v. *Manso* sul Rezasco. *Dizion.*). Della *massaria* e del *massarius* abbiamo discorso nel nostro *Studio* su questi Statuti, *Parte VII storica.*



narum Perusii et Aretii et earum et unius cuiuscunque ipsarum comitatus sint semper et omni tempore exempti liberi et immunes ab omni solutione gabellarum et datiorum prestatione et pedagii et ab ipsorum onere et exactione in Civitate Terami eiusque districtu et in ipsa Civitate et districtu possint et valeant mercantias et mercimonia queque libere contrahere et negotiationes exercere et per eam et eius districtum extrahere absque aliquo onere solutionis pedagii et gabellarum predictarum et prestatione datii vel muneris cuiuscunque. Et presentem assisiam volumus inviolabiliter observari, assisia aliqua capitulo sive ordinamento loquente in contrarium quomodolibet non obstante.[1]

*De plateis a porta sancti francisci usque ad portam Querqueti per ponticarios mundandi - Rubrica CXXXVI.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli homines et persone adiacentes habentes ac etiam possidentes apothecas et domos in tribio Terami proprias vel conductas incipiendo a porta S. Francisci et finiendo ad portam Sancti Petri de porta Querqueti [2] et hinc inde prout platea protenditur ab una dictarum portarum ad aliam teneantur et teneantur pro honore Civitatis et fori omni die Veneris in sero mundare sive mundari facere, vide-

[1] Questa rubrica ci attesta i privilegi, di cui godevano in Teramo i Perugini ed i Toscani. Ciò accadeva perchè essi vi facevan fiorire l'arte della lana, che era in que' tempi la nostra maggiore industria, siccome narrano i patrii storici e noi pure abbiamo raccontato nel suddetto *Studio* (*Parte VI economica, Arti e mestieri: Lanaiuoli*).

[2] La porta S. Francesco dovea esser quella che, nei pressi della Chiesa di S. Francesco, ergevasi tra le case ora Urbani e Savini e di cui un'antica imposta scorgesi tuttora addossata al muro di quest'ultima. Della porta del Querceto noi troviamo notizia nel Muzii (Dial. I, in fine), il quale, chiamandola della Quercia, la dice già esistente presso la piccola Chiesa di S. Pietro (ora non più in piedi) e non lungi da S. Spirito, a mezzodì della città. Insomma questa rubrica obbliga i cittadini abitanti nel Trivio e nelle due Piazze a nettar quello e queste il giorno antecedente al mercato che tenevasi di sabato e durante la stagione calda. Da ciò si scorge che a' nostri magistrati d'allora era più a cuore la igiene che la pulizia.

licet, Ponticarii[1] ante eorum apothecas et habitantes vel non habitantes ante eorum domos adiacentes ut supra incipiendo a kalendis Martii et successive sequendo usque ad et per totum mensem octobris pena denariorum duodecim pro quolibet contrafaciente et vice qualibet. Et notarius capitulorum inquirere debeat omni sero Veneris ante apothecas et domos predictas. Tamen per hanc assisiam derogari nolumus cuicunque assisie super predictis maiorem penam imponente, quam firmam volumus in suo robore remanere.

*De non remictendo condempnationem alicui condempnato. Rubrica CXXXVII.*

Assisiam facimus quod Judex non possit nec debeat remictere condempnationem alicui condempnato in totum vel in partem nec proponere seu proponi facere in concione vel consilio quod alicui condempnato remictatur. Et si contrafecerit Judex solvat libras vigintiquinque. Arrengator soldos centum vice qualibet.

*Quod pater teneatur pro filio et maritus pro uxore. Rubrica CXXXVIII.*

Assisiam facimus quod si filius vel filia familias vel uxor alicuius occasione alicuius dilicti (*sic*) condempnaretur et de ipsorum bonis non reperiretur in quibus pro eorum condempnatione executio fieri posset pater teneatur et compelli possit et debeat in omnibus et singulis casibus n assisiis comprehensis ad solvendum condempnationem pro filio et filia delinquente. Et similiter maritus pro uxore. Alioquin per filium vel filiam delinquentem. Et maritus uxorem delinquentem non receptent nec eis alimenta prestent donec eorum condempnationem solvant.

---

[1] Voce dialettale che sta per *bottegai*. Ora dicesi solo *Pentica* per bottega.



*Quod inquisiti denunctiati et accusati vocentur voce bampnitoris ad audiendum sententias et condempnationes et interim ad alligandum contra processus per octo dies ad minus antequam ipse sententie et condempnationes ferantur - Rubrica CXXXVIIII.*

Assisiam facimus quod vocatis per baiulos pro parte Judicis vel notarii guastinarum singulis inquisitis denunctiatis et accusatis ad excusationem infra certum terminum in eorum citationibus et vocationibus stabilitum tam de inventionibus quam etiam de inquisitionibus denunctiationibus et accusationibus dampnorum datorum et guastinarum ac etiam super iniuriis culpis excessibus et delictis quibuscunque. Iterum elapso dicto termino vocentur voce preconis per generale bampnum in locis publicis Civitatis quod infra certum terminum in ipso bampno statuendum veniant ad audiendum sententias et condempnationes eorum et interim ad allegandum opponendum dicendum et mostrandum quicquid velint et possint quare condempnari non debeant, qui terminus sit octo dierum ad minus quibus in dicto termino comparentibus et iuste se defendentibus audiantur et absolvantur. Alioquin contra eos procedatur ad sententiam et condempnationem et tam contra contumaces qui pro convinctis habeantur quam etiam contra non se legitime defendentes. Et sententie et condempnationes huiusmodi valeant et teneant pleno iure nec contra eas ipsi inquisiti inventi denunctiati vel accusati opponere possint nec se tueri, quod ad alleandum (*sic*) et ad audiendum sententiam vocati non fuerint si predicta fuerint observata. Et si predicta observata non fuerint sententie ipse et condempnationes ex ipsis processibus secute sint ipso iure nulle. Assisiis aliis quibuscunque in contrarium editis non obstantibus.

*De sententiis et condempnationibus et expensis in lite factis - Rubrica CXL.*

Assisiam facimus quod Judex cum notario capitulorum singulis duobus mensibus legant seu legi faciant sententias condempnationum et absolutionum de iniuriis dampnis et guastinis oppositionibus baiulorum mandatis spretis et aliis excessibus et delictis quibuscunque de quibus congnoscere possit ipse Judex vel notarius capitulorum vocatis inquisitis denunctiatis et accusatis quod ad consilium veniant ad sententias audiendas. Et si accusatores vel denunctiatores non probaverint ea que in eorum accusationibus et denunctiationibus posuerunt quod curia non obtinuerit ad expensas factas in lite quod ipsos accusatos vel denunctiatos ipsorum accusatorum vel denunctiatorum sacramento declarandas, condempnentur accusatis et denunctiatis predictis. Et e contrario si denunctiati et accusati convincti fuerint et condempnati de his que contra eos obiecta fuerant ad expensas in lite factas per ipsos denunctiatores et accusatores similiter condempnentur. Quod in causis civilibus et ordinariis Judex observet ut semper victum victori in expensis condempnet qualitercunque victus fuerit etiam si in causa de calumpnia iuratum non fuerit in casibus tantummodo inspectis iuris comunis subtilitate et distinctione remotis.

*Quod vocati et indebite vexati in magnis curiis iuvari debeant expensis Universitatis - Rubrica CXLI.*

Assisiam facimus quod quicunque de Civitate Terami et eius districtu vocaretur ad curiam magistri Justitiarii vel magistrorum rationalium vel quorumcunque aliorum offitialium morantium extra civitatem Terami ex his causis de quibus possit congnoscere Justitiarius regionis [1] et capitaneus Terami cum id presumatur potius ad calumpniam fieri et ut quid vexetur laboribus sumptibus et expensis, quam ut suam ipse vocans vel vocari faciens ibi iustitiam consequatur, quod ipse vocatus iuvetur et iuvari debeat per Universitatem Terami modis omnibus quibus iuvari possit. Et Judex et Sex de Regimine qui pro tempore fuerint vigore presentis assisie requisiti vel postquam ad eorum notitiam predicta pervenerint teneantur et debeant fieri facere omnes et singulas expensas tam hospitii [1] quam alias que huiusmodi citato vel vocato occasione citationis vel vocationis de eo sit facte occurrerent ut superius est expressum nisi dictis Judici et sex de regimine videretur quod aliqua rationabilis causa fuisset propter quam ad maiorem curiam quis adversarium citari seu vocari fecisset quo casu citatus vel vocatus nullo modo iuvetur. Et contenta in dicta assisia Judex et sex predicti executioni mandari debeant infra octo dies a tempore citationis seu notitie numerando ad penam decem librarum pro quolibet ipsorum et virtute eorum prestiti iuramenti. Insuper venientibus contra dictam assisiam Judex non teneatur nec debeat reddere ius nec ipsos civiliter vel criminaliter audire.

*De offitio dampnoso per Justitiarium Judici commisso alteri persone per iudicem commictendo et se exgravando - Rubrica CXLII.*

Assisiam facimus quod si contingerit aliquod dampnosum offitium per Justitiarium aprutinum sive per Capitaneum vel regiam curiam commicti Judici vel eius notario et familiaribus sive alicui de Teramo et eius districtu statim ipse Judex et Sex de Regimine qui tunc in offitio residebunt omni occasione et exceptione re-

[1] Cioè dell' Abruzzo ulteriore che allora era composto di due Abruzzi teramano ed aquilano, con la residenza ad Aquila del Giustiziere, ossia Governatore. Questi, oltre la podestà amministrativa, esercitava ancora, giusta l' unione de' poteri di que' tempi, gli uffici militari e giudiziari.

[1] Cioè le spese dell' alloggio: sendochè i Teramani dovean uscir fuori, per adire i maggiori tribunali della regione.

mota faciant offitium ipsum exerceri per quandam aliam personam ut eis melius videbitur expensis Universitatis Terami cum persona ipsi Judex et Sex de Regimine nomine et parte dicte Universitatis se concordent in minori quantitate pecunie quam fieri possit et ipsi persone que exercere voluerit ipsum offitium pro suo salario satisfiat de pecunia Universitatis predicte existente penes Camerarium Terami et [1] penes Camerarium non esset pecunia recolligi fiat per commestabulos in eorum commestabulariis pecunia opportuna pro exercendo dicto offitio. Et quod propterea possit imponi collecta etiam sine deliberatione consilii vel parlamenti. Et quod quousque Judex dictam pecuniam habeat ad Jus reddendum vel aliquid aliud faciendum pro Universitate predicta nullatenus se intromictat. Et si quis Judex vel arenghator contra presentem assisiam fecerit vel arenghaverit solvat pro pena vice qualibet decem libras quas statim patienti dampnum occasione dictorum offitiorum pro recuperatione dampni sui teneatur exsolvere. Et si qua persona de Teramo operam daret quod tale offitium de predictis in dicta assisia contentis commicteretur alicui reficiatur de suo proprio omne dampnum, quod tam Universitati quam alicui spetiali persone ex dicta causa eveniret. Et ad penam predictam nichilominus subiaceat.

*Quod [2] debeat examinare testes et videre processum factum per notarium capitulorum - Rubrica CXLIII.*

Assisiam facimus quod Judex Civitatis Terami qui pro tempore fuerit teneatur et debeat adesse videre scire et examinare omnem personam sive marem sive feminam qui vel que vocatus sive vocata fuerit ad testimonium veritatis perhibendum pro quacunque causa sive super quocunque processu coram ipso iudice vel capitulorum notario qui processus sive causa esset vel

[1] Manca qui un *si*.

[2] Manca qui la parola *Judex*.



ex eo resultaret maior pena viginti soldorum per singulas personas contentas et videre et scire dictum processum, aliter processus factus per notarium non visus et examinatus per Judicem ipso Jure non valeat.

*Quod Judex exequi faciat condempnationes. Rubrica CXLIIII.*

Assisiam facimus quod quilibet Judex Civitatis Terami qui pro tempore fuerit teneatur et debeat exequi facere et recolligere omnes et singulas condempnationes tam suo tempore factas sive fiendas quam etiam factas sui in offitio precessoris, videlicet, ultimis duobus mensibus ipsius precessoris et alias si que solvende in residuo dicti temporis remansissent, et omnes ipsarum quantitates deveniri facere et intrare ad manus Camerarii Civitatis predicte sub pena vigintiquinque librarum de suo salario retinenda. Et ad eandem penam teneatur et debeat exequi facere et recolligi cum effectu omnes et singulas collectas tempore sui ac etiam precessoris sui offitii mensibus supradictis impositas et ipsas seu aliter restantes ad manus depositarii dicte Universitatis cum effectu devenire faciat. Salvo tamen si de maiori dilatione in recollectione ipsarum collectarum in consilio deliberatum fuerit et obtentum.

*Quod Judex exequatur deliberationes in consilio factas. Rubrica CXLV.*

Assisiam facimus quod Judex causarum civilium predictus una cum Sex de Regimine teneatur et debeat ad executionem mictere omnes et singulas deliberationes suo tempore per consilium seu alium numerum deliberandi potestatem habentem factas intra spatium decem dierum immediate sequentium, nisi negotium exequendum esset tam grande vel arduum quod aliud tempus maius pro ipsius executione requireret, quo casu ipsum tempus per consilium arbitrari et limitari debeat. Et si infra ipsum tempus non fuerint dicte delibera-

tiones debite executioni mandate, teneatur ipse iudex pro qualibet deliberatione executioni non mandata ad penam quinque librarum. Teneatur insuper et debeat ipse iudex omnes et singulas deliberationes tam executas quam etiam exequendas legere et recitare illo mane quo Sex de Regimine de offitio exeunt et alii novi intrant, dum sunt similiter ut exeuntes scire possint que executa fuerunt tempore eorum offitii. Et intrantes scire valeant que ad exequendum restant sub pena predicta ipsi iudici vice qualibet propterea iniuncta.

*Quod dicta arrengantium in consiliis et parlamentis punctaliter* (sic) *scribantur per notarium capitulorum - Rubrica CXLVI.*

Assisiam facimus quod quilibet notarius capitulorum dicte Civitatis teneatur ad penam vigintiquinque librarum usualis monete scribere et in scriptis ponere et annotare punctaliter omnia et singula dicta omnium et singulorum arengantium super propositis tam in consiliis quam in parlamentis fiendis ut unusquisque conetur salubre et utile consilium reddere suo comuni et non odiosum neque voluntarium. Et ut virtus sciri possit bonum vel malum quod propterea comuni predicto evenerit cuius consilio subsecutum sit.

*De arboribus in alienis terris existentibus vendendis. Rubrica CXLVII.*

Assisiam facimus quod habens arborem existentem in terra alterius teneatur et debeat ipsi vendere illi cuius est terra vel aliquo modo cambiare sive alternare cum domino possessionis qui si non essent de pretio concordes fiat extimatio valoris ipsius arboris vel appretietur ipsa arbor per duos vicinos per Judicem statuendos et secundum ipsorum extimationem teneatur dominus possessionis emere ipsam arborem. Et qui contrafecerit solvat penam vice qualibet quadraginta soldorum.



*De pena proicientis aquam vel rem aliam supra domum alicuius - Rubrica CXLVIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla proiciat aquam vel aliam rem quamcunque supra domum alicuius. Et qui vel que contrafecerit solvat penam vice qualibet viginti soldorum. Et si quod dampnum ex ipsa proiectione eveniret emendet. Et credatur sacramento patientis.

*Quod unusquisque laboret terram pro thumulo seminis. Rubrica CXLVIIII.*

Assisiam facimus quod unusquisque tam civis et districtualis quam etiam habitator Terami et districtus teneatur et debeat in districtu Terami annis singulis frangere sive rumpere arare colere et magesare tantum territorii quod in eo possit et valeat commode seminare unum thumulum grani annuatim ad minus. Et congruis temporibus annuatim bladet et seminet. Et qui contrafecerit incidat penam vice qualibet quadraginta soldorum sine aliqua diminutione Camere dicte Universitatis applicandam. Et circa predicta offitiales et notarius capitulorum dicte Civitatis teneantur et debeant sollicite et actente vacare perquirere et inquirere de mense Maij et Junii in qualibet contrata seu pagese seu repertos culpabiles in predictis vel aliquo predictorum punire secundum formam presentis assisie pena eorum prestiti iuramenti.

*De modo scribendi acta per notarium capitulorum. Rubrica CL.*

Assisiam facimus quod deinceps notarius capitulorum eligendus in dicta Civitate Terami sit et esse debeat publicus qui pro tempore sui offitii accusationes non retractandas seu retractas per accusatores ac etiam inquisitiones per eum fiendas pro quibus et ex quibus condempnationes fiende secundum formam assisiarum

dicte Civitatis summam excederent quinque librarum usualis monete scribat in uno quaterno in quo etiam scribat omnia acta et actitata hinc inde tam ad offensam quam ad defensam usque ad sententiam in causis predictis excedentibus summam predictam. Et in fine sui officii ipsum quaternum autenticet cum annis domini Indictione diebus et mensibus et aliis sollenitatibus a principio ipsius quaterni apponendis ut debitis temporibus acta ipsa fidem faciant nec possint ab aliquo in dubio revocari seu quis de eis non possit iuste modo aliquo querelari.

*De quaternis fiendis per notarium capitulorum. Rubrica CLI.*

Assisiam facimus quod notarius capitulorum predictus teneatur et debeat facere unum quaternum in quo scribantur per eum omnes et singuli denunctiati et accuse quum non sint retracte infra terminum trium dierum a die facte excusationis computandorum, et omnes alios processus quos ex offitio suo facit tam de magnis negotiis quam de parvis et de omnibus que ad eius spectant offitium in scriptis faciat condempnationes singulis duobus mensibus etiam si executio facta esset, quam facere possit elapso termino per eum dato denunctiatis sive accusatis ad eorum defensionem faciendam ac etiam illis contra quos inquisiverit ex mero suo offitio si defensionem legitimam non fecerint. Que omnia et singula teneatur et debeat dictus notarius firmiter observare vinculo iuramenti, et ad penam duarum unciarum cuius pene medietas sit Universitatis Terami reliqua medietas Capitanei qui pro tempore fuerit.

*Quod offitiales Terami pro executionibus hostia sive ianuas domorum extrahi non possint - Rubrica CLII.*

Assisiam facimus quod nullus offitialis qui pro tempore fuerit in Teramo possit nec debeat tam Judex quam etiam notarius capitulorum mictere eorum familiares sive baiulos ad extrahendum in Teramo vel districtu hostia sive ianuas alicuius domus causa pignorandi tam pro collectis quam etiam pro quibuscunque executionibus ex quacunque causa faciendis, ubi alia pignora manualiter inveniri possent. Et si quis ipsorum contrafecerit solvat de suo salario, si Judex libras decem, si notarius libras quinque vice qualibet. Assisia aliquacunque super hoc in contrarium edita non obstante.



*Quod facta protestatione contra accusatum vel denunctiatum non procedatur, nisi prestita fideiussione per accusatorem vel denunctiatorem - Rubrica CLIII.*

Assisiam facimus quod quicunque denunctiatus vel accusatus sive denunctiata vel accusata super quibuscunque delictis de quibus Judex Terami potest congnoscere protestatus vel protestata fuerit tempore excusationis fiende per eum vel per eam sive ante vel post tres dies exprimendo quod vult reconvenire accusatorem vel accusatricem sive denunctiatorem vel denunctiatricem et iuret quod non animo calumpniandi ipsam protestationem faciat contra ipsum accusatum sive denunctiatum vel accusatam sive denunctiatam super accusatione vel denumptiatione ad condempnationem aliquam procedi non debeat, donec accusator sive denunctiator vel accusatrix vel denunctiatrix non possidens in Teramo vel districtu bona stabilia, si Judici videbitur det et ponat fideiussoriam cautionem idoneam de solvenda condempnatione in qua extiterit condempnatus sive condempnata. Si tamen accusatus sive denunctiatus vel accusata sive denunctiata paratus sive parata sit et velit reconvenire et accusare seu denunctiare cum effectu accusatorem vel denunctiatorem ut supradictum est et propter suam paupertatem fideiussorem prestare non poterit prestito iuramento de calumpnia Judex nichilominus possit procedere contra accusatum vel denunctiatum ad condempnationem secundum de-

licti qualitatem et iuxta formam assisiarum de materia loquentium.

*Quod ceduloni fiant priusquam condempnationes legantur.*
*Rubrica CLIIII.*

Assisiam facimus et potissime confirmamus quod notarius capitulorum dicte Civitatis Terami, qui est et pro tempore fuerit, teneatur et debeat ante dationem et lectionem condempnationum per eum fiendarum et legendarum teneatur et debeat [1] scribere et facere Cedulonum de ipsis condempnandis seriatim et nominatim cum summis et quantitatibus condempnationum et ipsum Cedulonum paulo ante lectionem ipsarum condempnationum in consilio publico assignare Camerario dicte Civitatis. Qui Camerarius dictum Cedulonum ibi teneat et in lectione et promulgatione predicta cum quaterno dicti notarii de homine ad hominem et de summa ad summam ascultet. Et si dictus notarius vel Camerarius vel ipsorum aliquis contrafecerit solvat contrafaciens vice qualibet Camere universitatis Terami pene nomine soldos centum sine aliqua remissione.

*De non donando aliquid per commune clericis novellam missam cantantibus - Rubrica CLV.*

Quoniam de alienis rebus et bonis et presertim pauperum et miserabilium personarum quarum in unaquaque provincia et hodie in Civitate Terami grandis est copia [2] helimosina fieri prohibitum est, nec iure heli-

[1] Queste due parole son qui evidentemente per errore ripetute.

[2] Quel dirsi: « Ora (*hodie*) in Teramo è gran copia di poveri » ci fa pensare alle antecedenti sanguinose gare delle fazioni nella nostra città, di cui son piene le pagine de' patrii annali, e le quali cagionarono molte miserie e quindi l'accrescimento del numero dei poveri. Notiamo però che il periodo 1438-1443, in cui Teramo fu sottoposta alla signoria del celebre Francesco Sforza, poi Duca di Milano, e furono redatti questi Statuti, segna una sosta nelle lotte intestine della città. V. Muzii, *St. di Teramo,* ms., Dial. IV.



mosina talis set alieni [1] de tertio rectius dici potest, cum et benefaciendi et erogandi de proprio habeat quilibet sane mentis arbitrium, et ad id nemo cogi possit invitus, iniquam igitur et reprobam consuetudinem a Civitate predicta penitus extirpare volentes, ac constituimus et firmamus Assisia quod deinceps nulli clerico cuiuscunque gradus vel dignitatis existenti et sive religioso et sive seculari cantanti seu cantare volenti in Teramo vel alibi missam primam vel novellam possit nec debeat aliquid in pecunia pannis cereis vel rebus aliis quibuscunque directe vel indirecte pro parte Universitatis Terami vel etiam pro parte Sexteriorum dicte Civitatis vel alicui eorum in magna mediocri vel etiam parva quantitate occasione cantationis dicte misse donari erogari largiri vel quoquomodo concedi. Et Judex et Sex de Regimine qui proponerent et arenghator qui arengaret contra predicta incidant penam vice qualibet et pro eorum qualibet uncie unius Universitati Terami inremissibiliter applicande.

*De gabellis Terami non vendendis infrascripto modo.*
*Rubrica CLVI.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla possit locare seu vendere gabellam aliquam Civitatis Terami nisi talis locatio sive venditio fiat in consilio vel parlamento publico per duos menses ad minus antequam ipsa gabella exigi incipiat. Et de predictis locationibus sive venditionibus Judex qui pro tempore fuerit teneatur habere notarium ad petitionem Universitatis qui faciat cautelam pro universitate et ut non decipiantur ementes. Et si secus fieret teneatur contrafaciens ad penam unius uncie.

*De festivitatibus custodiendis - Rubrica CLVII.*

Ad honorem cultum et reverentiam omnipotentis dei et beate ac gloriose virginis matris eius Sanctorum apo-

[1] Par che il senso esiga si scriva qui *alienatio* in luogo di *alieni.*

stolorum et beatissimi ac gloriosi nostri Confessoris Berardi dignissimi Episcopi ducis ac protectoris Universitatis et hominum et personarum dicte Civitatis Terami et aliorum sanctorum dei presenti assisia statuimus et ordinamus quod nullus et nulla in Civitate Terami vel districtu audeat nec presumat in festivitatibus infrascriptis, videlicet, omnibus et singulis diebus dominicis et aliis diebus festivis domini nostri iesu christi, videlicet, Nativitatis cum tribus diebus sequentibus et sancti Silvestri,[1] Circumcisionis, Epiphanye, Passionis, Pasquatis Resurrectionis, et Pentecostes cum duobus diebus sequentibus, Ascensionis et corporis Cristi. Et in festivitatibus beate marie virginis, videlicet Purificationis, Annunctiationis, Ascensionis et Nativitatis. Et in festivitatibus principalibus omnium et singulorum apostolorum. Et in festivitatibus Sancti Johannis baptiste, videlicet de mense Junii et decollationis de mense Augusti, et in festo Sancti Berardi protectoris et defensoris predicti. Et in ventione eiusdem de mense maij videlicet die octavo.[2] Et in festo sancti laurentii, et in

---

[1] Questo Santo è aggiunto nel margine, ma dalla stessa mano e con lo stesso inchiostro.

[2] Questo paragrafo è aggiunto nel margine con differente inchiostro ma, a quanto sembraci, dalla stessa mano. Tale aggiunta, pel modo in cui sono scritte le parole *in ventione*, dovrebbe alludere alla festa della venuta (Planto usa *ventio* in senso di venuta) del Santo in Teramo; ma siccome tali avventi naturali non soglionsi celebrare nelle Chiese, è più probabile che l' amanuense volesse scrivere tutt' unita la parola *inventione* e mostrare così l' invenzione del Corpo di S. Berardo accaduta nel dì 8 maggio del 1284; giusta la narrazione dell' ora perduto *Necrologio della Cattedrale* riportato dal Muzii e dal Palma, *St. di Teramo*, vol. II, pag. 36. Anche in un 8 maggio avvenne la prima traslazione, quando cioè il vescovo Attone I sul finire del secolo XII trasportò il sacro corpo dall' antica Cattedrale (ora S. Anna de' Pompetti) alla moderna (v. Muzii, *St. di Teramo*, ms., Dial. I). Altri due trasferimenti avvennero più tardi; l' uno ai 26 aprile 1576 dalla Cappella del vescovo Attone a quella sotterranea, sotto l' attuale Presbiterio ed ora rincalzata (v. Palma, *St. di Teramo*, vol. II, pag. 46), e l' altra ai 21 maggio 1776, allorchè le sante ossa furon trasferite alla presente Cappella di S. Berardo (ibid., pag. 230). Ma di queste due ultime traslazioni, siccome posteriori alla compilazione dei presenti Statuti, non è da tener discorso. Solo diremo che la festa dell' invenzione citata in questi Statuti continuò a celebrarsi in Teramo



festo omnium sanctorum laborare aut aliquid laborerium publicum vel privatum artificiale rurale vel ministrare cum personis vel animalibus facere vel quomodolibet exercere nec artifices apothecas apertas retinere nec animalia clericis sive laicis quibus libet pro deferendis lignis seu quibuscunque aliis servitiis faciendis commodare vel locare. Et qui contrafecerit ad penam decem soldorum Camere Universitatis Terami applicandorum pro qualibet persona et bestia vice qualibet teneatur. Et simili pena puniantur omnes et singuli facientes et exercentes aliquid de predictis in diebus sabbati et vigiliis omnium et singularum festivitatum predictarum post pulsationem Campane in Vespris maioris ecclesie Aprutine. Possint tamen mercatores et alii habentes res venales in dictis festivitatibus et vigiliis propter quod in diebus dominicis retinere apothecas apertas et vendere et emere dum tamen quod artificium aliquid manuale non faciant. Et generaliter liceat omnibus et singulis apothecariis in diebus sabbati retinere eorum apothecas apertas et vendere et emere usque ad occasum solis. Liceat etiam operariis conductis per homines Civitatis Terami et districtus ad laborandum zappandum fabricandum et quidlibet aliud laborerium faciendum intra vel extra civitatem in dictis vigiliis et diebus sabbati eorum laborerium finire et percomplere usque ad noctem sine aliqua pena. Liceat etiam macellariis in dictis festivitatibus preterquam in suprascriptis festivitatibus domini et diebus principalibus nativitatis et pasquatum post tertias tantum macellare et vendere publice carnes. In quibus etiam calzolarii expandentes coria concia Tinctores pannos et tiratores pannorum non puniantur. Exceptis etiam a dictis penis illis et pro illis qui haberent victualia extra territorium dicte Civitatis Terami quibus liceat in dictis festivitatibus re-

---

fino all' ultima traslazione dei 21 maggio 1776. Notiamo intanto che ai giorni nostri in Teramo si solennizza soltanto il 21 maggio e agli 8 di tal mese si celebra solamente in Teramo, come in tutta la Chiesa, la festa dell' apparizione di S. Michele Arcangelo.

portare et conducere et locare et sibi portare facere. Excipiuntur etiam fabri pro ferri pedandis animalibus forensium sive externorum transeuntibus per dictam Civitatem et eius districtus in festivitatibus supradictis ac etiam civium pro aliqua causa necessaria supervenienti et inoppinata recedere volentium de Civitate predicta quorum animalia sive equitationes [1] ferripedari possint in dictis festivitatibus cum licentia Judicis. Item Spectiarii pro electuariis sirupis et aliis rebus medicinalibus infirmorum et cera laborata pro funeribus et exequiis possint in dictis festivitatibus ad petitionem cuiuslibet apothecas aperire et venditis et datis medicinalibus opportunis singulis vicibus reclaudere et clausas retinere. Item barbitonsores pro flebotomandis hominibus et apponendis cuppis pro indigentium cura apothecas ad eorum arbitrium aperire et retinere apertas. Item excipiuntur notarii pro conficiendis rogitis et prothocollis et testamentis quorumcunque civium. Item excipiuntur homines qui tempore messium in vigiliis dictorum sanctorum et aliorum prohibitorum qui non potuerunt granum et alia victualia ad perfectionem in area tritulare ventulare et conciare, quibus liceat diebus sequentibus hora congrua ipsum opus perficere. Et idem sit in musto remanente in briugnis [2] sive canalibus in dictis vigiliis quod possit reportari in festivitatibus cum licentia Judicis. Item tubator et baiuli pro citandis hominibus seu concionibus et consiliariis congregandis. Item pro portandis lignis et lapidibus grossis et magnis pro hedificiis domorum pontium molendinorum vel pro quibuscunque aliis hedificiis opportunis. Item pro portanda aqua de fontibus ac etiam colligendis et deferendis ficubus uvis et aliis fructibus commestibilibus cum per-

[1] Nel senso di cavalcatura. *Ferripedare* risponde a ferrare i piedi e più sotto *sirupis* allude agli sciroppi.

[2] Latino barbaro derivante dalla voce dialettale *bregno* e *bregnale*, che è quel grande vaso di doghe di legno, più largo in fondo che in cima, dove si pigia l'uva e si lascia fermentare il mosto, ed il quale è chiamato *tino* dai Toscani.



sonis hominum et mulierum tantum et non cum animalibus. Item pro vendendis et venalibus retinendis in foro panibus oleribus et aliis herbis et quibuscunque fructibus et commestibilibus. Item quod tempore numpninarum et fori in dictis festivitatibus et in die beati Berardi liceat artificibus mercatoribus et quibuslibet aliis apothecas apertas retinere et merces eorum ibi et ubilibet in locis consuetis et debitis libere vendere et venales tenere. Item revertentes ad dictam Civitatem cum animalibus oneratis a locis remotis ultra unam dictam in dictis festivitatibus non teneantur ad penam. Item a predictis penis excipiuntur mercatores et alii qui tempore brige et guerre et ipsius brige et guerre suspitione evidenti eorum bona vellent intus civitatem remictere quibus liceat predicta facere et aliis illis eorum bestiis locare et commodare. Insuper quod nemini liceat predicta laboreria et artificia in dictis festivitatibus maioribus ut supra fieri et exerceri vetita sive prohibita vel aliquid ipsorum facere vel operari sive exercere in festivitatibus infrascriptis vel aliqua earum, videlicet, S. Anctonii de Vienna, Sancte Chaterine, Sancte Lucie, Sancti Martini, Sancti Salvatoris, Sancti Michaelis Archangeli Septembris, Inventionis Sancte Crucis Maij ad penam supradictam. Aliarum ecclesiarum quarum vocabula constructa sunt intus Civitatem venerentur usque expletis tertiis. Et quis contrafecerit solvat sollos quinque pro quolibet.[1] Et Judex et notarius capitulorum Civitatis predicte investigando et perquirendo sepe sepius in predictis suum debeant officium personaliter exercere et inventos culpabiles punire et condempnare et habeant et habere debeant tertiam partem pene. Ac etiam super predictis fiant iurati in qualibet contrata quorum et cuiuscunque ipsorum relationi plena fides adhibeatur et similiter ipsi iurati de relatis per eos habeant tertiam partem pene.

[1] Si noti qui che tutto questo tratto, dalle parole *Sancti Martini* a quelle *pro quolibet*, è scritto sopra altri nomi cancellati e che forse riferivansi ad altre feste dell'anno, più tardi (forse ancora) modificate.

*Quod ementes res ecclesiasticas solvant pro earum appretio pro pretio emptionis et non ultra - Rubrica CLVIII.*

Cum in Civitate et districtu Terami propter incolentium diminutionem longe maior copia agrorum quam colonum existat,[1] multe petie terrarum et possessiones que plurime iure legati ac relicti ad ecclesias devolute existentes inculte steriles et infructuose redduntur in ipsius civitatis et districtus deformitatem et in iacturam et dampnum non modicum tam ecclesiasticarum personarum quam etiam aliorum hominum et personarum Civitatis et districtus eiusdem. Et quas ipsus possessiones et terras nisi metu factionum [2] et onerum que solverentur in comuni pro earum appretio laici homines et persone emerent et fructarent. Hac igitur Assisia firmandum esse decrevimus. Qui deinceps cives et districtuales Terami ementes de rebus et possessionibus sic emptis vel emendis solvere et conferre in oneribus et factionibus seu collectis que per libram in antea in ipsa Civitate imponerentur pro rata pretii quo ipsas emerent non habito respectu quod in Cathasto seu appretio communis ipse terre seu possessiones plus allibrate vel appretiate essent.[3]

---

[1] Ecco qui ripetuto il lamento del Muzii e degli altri storici patrii sulla diminuzione della popolazione civile e contadina e quindi dell' industria cittadina ed agricola. Era ciò la conseguenza di un mezzo secolo allora trascorso fra le turbolenze delle fazioni intestine. Lo stesso Muzii (Dial. I, in fine) scrive infatti di Teramo: « avanti l' anno 1400 fioriva di gran numero di Habitatori. »

[2] Il Du Cange ha: « *Factio*, Corvata, exactio operarum. Item tributum, vectigal, Ital. *Fazione*. » Il qual termine s' usa in Italia per occupazione obbligatoria, parlandosi massime di soldati. V. anche il Rezasco, *Dizion. stor. ammin.*, ove la voce *Fazione* è intesa per Opera, specialmente militare, che il cittadino era obbligato a dare, per lo più personalmente, al suo Comune. Il senso più adatto a questo luogo è quello di tributo o tassa.

[3] Le Rubriche CLVIIII e CLX, di cui nella nota a pag. 139, leggile in fondo del libro quinto.

## RUBRICE QUINTI LIBRI SUPER DAMPNIS ET GUASTINIS.

RUBRICE FINIUNT

# INCIPIT LIBER QUINTUS.

---

## *De dampnis datis et guastinis - Rubrica I.*

Assisiam facimus et firmamus quod pro animalibus dampnum dantibus sive facientibus domini et patroni seu possessores vel custodes ipsorum animalium possint et debeant cogi ad solvendum et solvere teneantur et debeant penas et bampna infrascripta, videlicet, pro qualibet animali equino sive caballino, mulino, bovino, asinino, caprino et porcino dampnum dante in vineis alicuius a kalendis mensis Junii imposterum donec vinee sint plene uvis pro quolibet dictorum animalium et vice qualibet soldos viginti. Et pro quolibet cane quum uve sunt mature dampnum dante soldos quinque. Si vero aliis temporibus dicta animalia in dictis vineis dampnum dederint pro quolibet animali et vice qualibet soldos quinque. Si in ortis segetibus et mucchis sive barconibus frumentorum vel (?) quorumcunque bladorum pro qualibet et vice qualibet soldos quinque. Si autem custodes dictorum animalium ipsa animalia vel eorum aliquid ducerent et studiose retinerent ad pascendum et dampnum faciendum in dictis locis solvant ipsi pastores pro quolibet animali ultra dictam penam soldos quinque Camerario Terami. Item si porcelli lactantes dampnum dederint in predictis locis solvat dominus vel custodes pro quolibet porcello lactanti et vice qualibet soldos duos. Item pro quolibet pullo equino asinino seu bovino indomito, videlicet infra annum a die sue nativitatis vice qualibet soldos duos. Et pro qualibet pe-

cude et capra denarios sex.[1] Et si aliquis personaliter dampnum dederit super dictis locis solvat vice qualibet soldos decem. Et si pertransiverit (?) per segetes licet aliud dampnum non dederit solvat vice qualibet soldos duos. Item si aliquis abstulerit acceperit vel furtive subtraxerit de agro mucchia barcone area vel aliunde frumentum solvat vice qualibet soldos quinquaginta. Et quod supradictum est de dampnis datis in segetibus intelligatur a kalendis martii in antea. In aliis vero temporibus, videlicet, postquam blada fuerint seminata usque ad kalendas martii predictas in omnibus casibus supradictis sit media pena. Et si in pratis herbam metendo asportaverit solvat vice qualibet soldos decem. Item si predicta animalia dampnum dederint in terra campestra (*sic*) laborata et non seminata vel etiam non laborata et non seminata et in querquetis solvant patroni vel ipsi domini animalium penam infrascriptam, videlicet pro quolibet porco denarios duos, pro quolibet animali grosso denarios sex et pro qualibet pecude et porcello lactante denarios duos. Et supra contentis in dicto articulo non possit procedi nisi per accusationem. Volumus tamen quod si pastore eunte cum animalibus aliquid animal discurrendo intraret possessionem alicuius et statim ipse pastor illuc intraret ut dictum animal ne ibidem dampnum inferret sollicite inde repelleret dictus pastor et animalia pro tali introytu ad penam minime teneantur nisi in predictis custos ipse esse negligens vel remissus. Item si capra dampnum daret in arboribus fructiferis ipsas arbores corrodendo solvat ipsarum patronus pro qualibet capra et vice qualibet quinque soldos. Et si capre predicte dampnum dederint in aliis segetibus (?) supra specificatis solvat (?) pro qualibet capra et hedo (?) denarios duodecim. Item si animalia grossa dampnum dederint in arboribus fructiferis corrodendo arbores solvat patronus vice qualibet

[1] Le parole *denarios sex* si leggono aggiunte in margine da mano assai posteriore.



soldos tres. Si vero predicta animalia grossa et capre dampnum dederint in silvis custoditis corrodendo arbores et stirpes ibidem stantes solvat pro quolibet animali grosso et capra denarios duodecim, et pro quolibet animali minuto vice qualibet denarios quatuor super quibus procedi non possit nisi per accusationem. Item si quis vel si qua appusaverit[1] sive ad terram prostraverit ex fructibus arborem causa recolligendi vel ipsos ab animalibus comedi faciendi solvat[2] qualibet soldos decem et credatur sacramento denunctiantis. Et si ex dictis fructibus cadentibus iacerent ad pedes quarumcunque arborum in quocunque loco existentium quacunque de causa et in eis animalia dampnum dederint solvant patroni ipsorum animalium vice qualibet pro quolibet animali grosso soldos duos pro quolibet animali minuto denarios duodecim. Item si supradicta animalia dampnum darent in pratis custoditis et falciari solitis infrascriptis temporibus, videlicet, a kalendis mensis martii usque ad kalendas mensis octobris teneantur patroni ipsorum animalium solvere penam ac si dampnum darent in segetibus et prout supra de penis animalium dampnum dantium in segetibus expressum est et constitutum. Aliis vero temporibus teneatur solvere tertiam partem penarum predictarum. Et idem modus servetur in animalibus dampnum dantibus in herba guardata et ammaglionata[3] dum tamen quod terra ammaglionata et non solita falciari sit cavatis sepibus vel muris septa vallata sive circumdata. Que omnes et singule pene predicte[4] in quolibet casuum predictorum si custos ipsorum animalium in locis predictis intraverit et custodiverit studiose. Et similiter duplicentur in dampnis et guastinis personaliter vel per

[1] Tal verbo non trovasi nel Du Cange. Del senso qui più adatto parliamo nel *Glossario* della *Parte VIII filologica* (*Studio* su questi Statuti).
[2] Manca qui *vice*.
[3] È probabilmente voce corrotta del verbo *magliare*, legare strettamente.
[4] Qui manca la parola *duplicentur*, come appare evidentemente dal susseguente periodo ove si legge: *Et similiter duplicentur*, ec.

animalia de nocte commissis. Item quod tam patronus vel quilibet cuius fuerit possessio vel eius familiaris vel domesticus suus quam etiam alia persona maior novem annis ad petitionem ipsius patroni vel domini qui vel que invenerit vel viderit aliquem vel aliquam et animalia cuiuscunque dampnum dare in possessione ipsa et possessionibus aliis quibuscunque accusare denunctiare et referre ipsos ipsas et ipsa possint et valeant, quorum cuiuslibet sacramento credatur si homo bone fame sit et non cavillosus, de quo Judex et notarius capitulorum privatim se informent et de informatione ipsa stetur et remaneat conscientie ipsorum Judicis et notarii dummodo quod quis per suum sacramentum principaliter in accusando faciat fidem in quantitate decem sollorum et non ultra inter penam et dampni emendationem cum limitatione assisie infra posite de dampnis non credendis illis qui sunt inter se odiosi. Et quum non possit quis accusare per suum sacramentum nisi tantum semel in ebdomata (*sic*). Et nullus seu nulla denunctiare seu accusare possit de dampno sibi dato per animalia alicuius nisi infra unum mensem a die dati dampni connumerandum. Et sic intelligantur omnes et singule Assisie infrascripte loquentes de dampnis et guastinis in quacunque re non obstante quod vocatus ad excusam confiteatur in accusa contenta.

### *De dampnis personaliter datis in ortis vineis et clausuris. Rubrica II.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de die vel de nocte intret ortum vineam vel clausuram alicuius nec ex aliqua arbore fructifera ubicumque sine consensu domini fructus colligat. Et si quis vel si qua contrafecerit etiam si nihil ex ipsis possessionibus collegerit sive acceperit puniatur pro solo introytu vice qualibet in quinque soldis. Si vero aliquid exinde collegerit et acceperit et dampnum dederit si de die soldos decem si de nocte penam duplicatam vice qualibet solvat et



tantumdem dampnum passo pro emenda. Et abinde super si maius esset dampnum iuxta extimationem et probationem duorum vicinorum. Item quod si quis forensis dampnum dederint in vineis ortis seu possessionibus continguis vie salarie a ponte ad portum usque ad Rivum Cartechii[1] colligendo uvas ficus vel alios fructus seu olera ortiva seu manipulos de segetibus incidat si de die ad penam unius augustalis monete grosse si de nocte ad penam duplicatam pro quolibet et vice qualibet.

### *De arboribus non incidendis nec auferendis. Rubrica III.*

Assisiam facimus quod si quis vel si qua inciserit vel evulserit seu abstulerit arbores non fructiferas si de die solvat pro qualibet arbore sive planta incisa evulsa vel ablata per eum vel eam soldos quinque. Si de nocte solvat penam duplicatam. Si autem inciserit evulserit seu asportaverit arborem seu plantam fructiferam si de die solvat camerario Universitati Terami pro qualibet arbore sive planta soldos viginti. Si de nocte soldos quatraginta. Et tantumdem dampnum passo reficiat si dampnum maius non fecerit. Set si maius fuerit dampnum iuxta extimationem duorum vicinorum dampnum ipsi patienti a commictente reficiatur. Exceptis olivis, moris, piris, malis, quas si a pede inciserit condempnetur pro qualibet dictarum arborum incisa in soldis centum. Si de ramis in soldis quatraginta. Et in predictis confessio non relevet confitentem. Item quod nullus et nulla audeat incidere et asportare quecumque ligna minuta de possessione alicuius. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem pro salma

---

[1] Le antiche romane *vie salarie* erano quelle che facean capo al mare, donde traevasi il sale; tal nome è rimasto tra noi, che chiamiam *salare* le grandi strade rotabili. Il *ponte a porto* esiste ancora e con lo stesso nome presso la strada che va da Teramo a Montorio ad un chilometro a destra di questa e ad otto circa dalla prima città. Il *rivum* (fosso) di Cartecchio è a due chilometri da Teramo sulla strada di Giulia.

qualibet. Et quod stirpi quercuum non connumerentur inter arbores fructiferas sed inter [1] fructiferas. Et sit pena incidenti et asportanti in soldis decem pro qualibet salma. Item quod cerquillie [2] intelligantur ille que sint remunde et deducantur in habitum fructificandi.

### *De non eundo nec redeundo per terram alicuius. Rubrica IIII.*

Assisiam facimus quod nemo audeat ire seu redire per terram alicuius sine licentia eius [3] fuerit dicta terra nisi iens vel rediens per eam haberet servitutem vie vel actus vel itineris constitutam expresse vel tacite per cursum temporis a Jure constituti quam probare teneatur per publicum Instrumentum vel testes idoneos. Et qui vel que contrafecerit solvat vice qualibet soldos duos. Si vero requisitus sive requisita vel prohibitus sive prohibita que non iret vel rediret ulterius per dictam contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem. Et liceat unicuique claudere terram suam non tamen ab ea parte ubi esset servitus eadem constituta vel debita. Et de supradictis credatur sacramento denunctiantis. Excepto quod de ipsa requisitione sive prohibitione probetur per duos testes. Et sufficiat requisitio seu prohibitio facta maiori de domo pro omnibus domesticis et familiaribus.

### *De ortis sitis in Teramo et eius villis claudendis. Rubrica V.*

Assisiam facimus quod omnes qui habent ortos intus in Teramo et prope portas et eius villis debeant ipsos commode claudere, alioquin domini seu patroni animalium dampnum dantium in ipsis ortis non teneantur ad penam. Si autem commode clausi fuerint teneantur ad

[1] Manca qui evidentemente un *non*.
[2] Voce dialettale equivalente a querciuolo.
[3] Manca qui un *cuius*.



penam superius in aliis assisiis contentam, de quo si contentio fuerit inter accusatorem et accusatum notarius capitulorum inspici faciat per eos qui sibi videbuntur et ipsorum relationi et iudicio de clusimine stetur.

### *De dampnis datis per scutiferos - Rubrica VI.*

Assisiam facimus quod scutiferi [1] et herbam facientes metere non audeant herbam, vetiam segetem vel aliud quodcunque bladum alicuius cum herba. Et qui contrafecerit in soldis decem vice qualibet condempnetur et herbam amictat. Et credatur sacramento denunctiantis cum limitatione supra contenta in prima assisia de dampnis et guastinis. Et notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis contra non habentes possessiones.

### *De ligando uncinum ad collum canis - Rubrica VII.*

Assisiam facimus quod omnes et singuli habentes sive retinentes canes et ipsos ducentes extra Teramum teneantur et debeant infrascriptis mensibus, videlicet, Augusti, Septembris et Octobris ad collum ipsorum canum ligare uncinos quorum uncinorum quilibet sit longitudinis unius cubiti per longum ab eius ligatura ad minus et unius palmi esse debeat eius uncus per anfractum ad minus. [2] Et qui contrafecerit pro qualibet die qua in dictis mensibus canis uncinum non portaverit solvat dominus sive patronus canis soldos decem Camere Universitatis Terami applicandos. Et ultra dictam penam quumcunque in dictis temporibus canis cum uncino vel sine dampnum dederit in vinea solvat dominus sive patronus vice qualibet soldos quinque. Et

[1] Il Du Cange segna tal voce soltanto nel significato di scudiere, servo, armigero, che qui pur si attaglia. Forse questi armigeri a tempo perso mietevano l' erba? Dal vederli più avanti (III, 21) come i servi soggetti ai padroni, possono credersi i servi armati: forse i *bravi?*

[2] Pare che qui si tratti di un ferro uncinato della lunghezza di un cubito (50 centimetri circa) legato ad un altro ferro o collare (*uncus*) che circondava il collo del cane e della circonferenza (*anfractus*) di un palmo.

credatur sacramento denunctiantis. Et notarius capitulorum teneatur et debeat singulis mensibus supradictis inquirere de predictis. Et hanc assisiam teneantur Judex et notarius capitulorum facere in kalendis Augusti et ipsam observare sub vinculo iuramenti. Et quod supradictum est de canibus uncinum ferre debentibus intelligatur de canibus villarum et districtus Terami. Et generaliter de omnibus canibus undecumque cum bestiis euntibus.

*Quod venatores et aucupatores vineas clausuras et ortos alienos non intrent - Rubrica VIII.*

Assisiam facimus quod nullus venator seu aucupator pretextu seu venationis seu aucupationis intrare audeat vel dampnum dare in vineis clausuris vel ortis alicuius personaliter vel cum canibus. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet pro pena soldos decem et tantumdem passo pro emenda. Et credatur sacramento denunctiantis talis qui calumpnioso habitus non sit.

*De gallinis et pullis dampnum dantibus in ortis. Rubrica VIIII.*

Item quod et habitantes prope quoscunque ortos habentes gallinas et pullos gallinatios teneantur et debeant ad requisitionem eorum quorum sunt orti in totum incidere pennas ipsis gallinis et pullis. Et si non inciderint et dampnum dederint in eisdem solvant ipsi, quorum et quarum galline et pulli dampnum dantes fuerint, pro qualibet gallina sive pullo vice qualibet denarios duodecim. Et credatur sacramento denunctiantis.

*De non accedendo ad possessionem alicuius cum familiaribus sive domesticis domini possessionis - Rubrica X.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla audeat accedere ad ortos vineas arbores vel possessiones alicuius cum famulo famula domesticis vel aliquo sive aliqua



de familia illius cuius sit ortus vinea arbor vel possessio sive licentia domini orti vinee arboris vel possessionis nec emere vel aliquid in domum sive gratis ab ipsis familiaribus et domesticis vel eorum aliquo recipere clam vel palam. Et qui vel qua contrafecerit solvat vice qualibet soldos decem. Et nichilominus res accepte vel donate restituantur gratis domino vel patrono. Et denunctiantis sacramento credatur.

*Quod familiares domini Episcopi, Canonicorum et Judicis dampnum non inferant in possessionibus - Rubrica XI.*

Assisiam facimus quod nullus sive familiaris domini Episcopi sive Canonicorum vel alicuius eorum sive Judicis Terami dampnum dare audeat in quercubus arboribus et possessionibus quibuscunque hominum de Teramo vel eius districtu. Et qui contrafecerit si familiaris Judicis vel familiaris domini Episcopi retineatur tantum de parte domini Episcopi [1] in condempnationibus quantum tangit Universitati Terami de condempnatione ipsius famuli vel familiario (*sic*). Si famuli Canonicorum Canonaci satisfaciant pro eisdem et dampnum emendent patienti, cuius similiter sacramento credatur usque ad quantitatem quinque soldorum. Et si canonaci nollent solvere condempnationem famulorum, si quis dampnum dederit in bonis ipsorum Canicorum non teneatur ad penam, quod et locum habeat in quarumlibet privilegiatorum qui condempnationem pro ipsis famulis solvere nollent.

*De non ducendo bestias per stuplas donec inde non fuerint blada elevata - Rubrica XII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de Teramo et eius districtu audeat ducere sive pasculare bestias

[1] Si noti qui il diritto vescovile di percepire una parte delle condanne; il che si è visto meglio nella Rubrica XX del libro I. V. intorno ai diritti vescovili in Teramo ciò che scrivemmo nello *Studio* su questi Statuti, *Parte II giuridica*, § 4, *Giurisdiz. vescov.*

seu animalia per stupulas[1] alicuius donec inde non fuerint blada amota sive elevata. Et qui contrafecerit solvat vice qualibet pro quolibet animali grosso soldos duos et pro quolibet animali minuto denarios duodecim. Assisia supra posita de animalibus dampnum dantibus ad muchios sive barchones[2] loquente semper salva.

### *De paleis in terris alicuius non carpendis sive metendis. Rubrica XIII.*

Assisiam facimus quod nullus audeat carpere sive metere paleas de terris alicuius sine licentia illius cuius est terra. Et qui contrafecerit solvat camerario Universitatis Terami pene nomine soldos quinque, et tantundem dampnum patienti pro emenda solvere teneatur. Et si maius fuerit dampnum credatur sacramento denunctiantis cum uno teste idoneo.

### *De citatione de denunctiatis et accusatis facienda. Rubrica XIIII.*

Assisiam facimus quod Judex et Notarius capitulorum teneatur et debeat facere vocari per baiulos, qui baiuli personaliter citare debeant ipsi personaliter et non per ipsorum nunctios seu alios quoscunque omnes et singulos denunctiatos accusatos et alios contra quos ex offitio procederetur de Teramo et districtu infra octo dies a die date accuse numerandos oretenus. Et sufficiat una citatio si personaliter inveniuntur. Et si per-

---

[1] Il latino classico ha *stipula* per *stoppia*; ma qui adoperansi le voci *stuplas* e *stupulas* come quelle che più si accostano al termine dialettale del contado: *stupple*.

[2] *Barchones* doveano essere quei grandi mucchi di covoni di grano, di paglia, ec., che si facevano e si fanno sull'aia e che in italiano chiamansi *barche*. La voce *barcone*, che adoperavasi nel dialetto teramano di allora, oggi non sentesi più tra noi; ed invece s'usa o *mucchio* semplicemente, oppure (e ciò da non molto tempo) *serra*, che vale a significare una grande quantità di covoni di grano o di paglia ammucchiati insieme a foggia di capanna.



sonaliter non invenirentur citentur bis ad domum in qua cum ipsorum familiis habitant. Et ipsorum baiulorum relationi credatur. Et si in termino citationis non comparuerunt per se vel per alios, qui eos legitime defendant et prestent pro ipsis satis dationem idoneam de indicato solvendo procedatur contra ipsos tanquam contra contumaces et habeantur pro confessis dum tamen quod non gaudeant beneficio confessionis quod eis condempnatio in aliquo minuatur. Si vero per se vel per alios comparuerint detur terminus peremptorius ad ponendum et probandum omnes defensiones sibi competentes trium dierum immediate sequentium et plus arbitrio Judicis et notarii capitulorum secundum negotii qualitatem. Et si infra dictos tres dies a die facte excuse vel alium terminum dandum seu prorogandum vel contumacie contracte numerandos denunctiatus vel accusatus vel si contra ipsum ex mero offitio procederetur, ad pacem et concordiam devenerit cum adversario suo retractatio sive retardatio fieri possit et valeat de omnibus et singulis accusis inquisitionibus denunctiationibus et iuratorum relationibus vel aliter qualitercunque procederetur contra quoscunque offitiales. Et si retractata fuerit contra ipsos ulterius penes Judicem vel capitulorum notarium non procedatur set omnis processus habitus cassetur et irritetur et pro casso et irrito habeatur. Exceptis de dampnis et guastinis inventis per offitiales civilium causarum Terami eorumque substitutos notarios subnotarios scriptores et familiares eorum vel alterum ipsorum ubi retardatio vel retractatio fieri non possit et non valeat quantum ad partem contingentem offitialibus et personis proxime dictis. Et si baiuli fraudem vel dolum commiserint in predictis, teneantur de eorum proprio reficere dampnum passo dampnum, quod fraude ipsorum substinuerint ob citationem que non esset per eos facta ut superius continetur. Et aliter quam superius esset expressum citatio non valeat et accusatos denunctiatos et inquisitos vel aliter contra procederetur ex offitio curie.

*Qualiter habitantes extra Teramum in Jus vocari debeant.*
*Rubrica XV.*

Assisiam facimus quod habitantes extra muros Civitatis Terami non cogantur venire ad curiam Terami ad suam excusam faciendam de dampnis et guastinis ac aliis ad offitium notarii capitulorum spectantibus nisi una die ebdomate, videlicet, qualibet die mercurii nisi pro testimonio ferendo vocarentur in processibus coram dicto notario agitandis et aliis actibus fiendis pro terminatione processuum per eundem notarium dictis diebus actitorum, vel aliis causis ordinariis coram iudice agitandis ubi compelli possint sicut alii in Teramo habitantes.

*De vineis ortis et clausuris claudendis - Rubrica XVI.*

Assisiam facimus quod habitantes ortos terras et vineas prope vel iuxta domos et habitationes villarum vel etiam iuxta stratas et vias publicas, seu etiam iuxta alios ortos terras et vineas clausas teneantur et debeant ipsos ad requisitionem illorum [1] sunt orti terre et vinee clause claudere. Et in ipsis qui vel que essent propinqui sive propinque domibus et habitationibus villarum et viis sive stratis publicis, in quibus animalia convicinorum a villa exeuntium et inde transeuntium necessario intrant et non sine difficultate abstineri possunt et ad requisitionem vicinorum animalia habentium vel alicuius eorum claudere et clausos et clausas retinere. Et qui vel que contrafecerit post dictam requisitionem ibi factam solvat vice qualibet qua in mora fuerit non claudendi sollos duos. Et credatur sacramento denunctiantis et dampnum reficiat patienti quod interim ex negligentia non claudendi alicui evenerit usque in quantitatem quinque soldorum et abinde supra

[1] Manca qui un *quorum*.



iuxta estimationem duorum vicinorum. Et nichilominus ipsos ortos terras et vineas dominus seu patronus requisitus claudere teneatur in locis opportunis.

*Quod nulla mulier compellatur personaliter*
*ad curiam accedere - Rubrica XVII.*

Assisiam facimus quod nulla mulier bone conditionis et fame possit nec debeat cogi per Judicem vel notarium capitulorum ad accedendum personaliter ad curiam causa testimonium perhibendi excuse faciende nec aliqua alia de causa nisi cum ordinarie conveniretur. Set notarii dicti Judicis teneantur et debeant accedere ad vicum in quo habitat talis mulier et ibidem in platea interrogare eam vel ad ecclesiam super quo interrogari debet (?) si expedierit prestito Juramento, alioquin mulier non teneatur ad penam.

*Quod quis denunctiatus vel accusatus non possit denunctiantem vel accusantem denunctiare vel accusare infra tres dies - Rubrica XVIII.*

Assisiam facimus quod denunctiatus vel accusatus ab aliquo non possit nec debeat denunctiantem vel accusantem denunctiare vel accusare usque ad tres dies elapsos post excusam factam ab ipso denunctiato vel accusato super denunctiatione vel accusatione contra eum facta, ad hoc ut calumpniandi materia precludatur.

*Quod elapsis quatuor mensibus quis non possit*
*de Iniuriis accusari - Rubrica XVIIII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla possit nec debeat aliquem vel aliquam denunctiare vel accusare de iniuriis guastinis excessibus et quibuscunque delictis nec de aliqua alia re vel causa post quatuor menses elapsos a die commisse iniurie guastine excessus et delicti in antea computando. Excepto si iuraverit denun-

ctians vel accusans se ignorasse commictentem excessum vel delictum et iniuriam vel dampnum sive guastinam inferentem dictis quatuor mensibus elapsis quo casu possit denunctiare et accusare in aliis quatuor mensibus successive sequentibus. Et Judex et notarius capitulorum teneantur et debeant hanc assisiam observare que assisia locum habeat in Teramanis et districtualibus tamen.[1] Forenses vero usque ad unum annum possint et valeant alios accusare et ipsi accusari ab aliis.

*De denunctiatione facta contra aliquem a pluribus denunctiatoribus - Rubrica XX.*

Assisiam facimus quod si qua persona de Teramo et eius villis denunctiata esset per aliquem vel aliquam sive ad petitionem alicuius a pluribus denunctiatoribus et repperiretur scriptura de uno et eodem dampno dato in una et eadem die in aliqua possessione per se vel per eius animalia quod pro una denunctiatione tamen habeatur. Et denunctiator vel ille ad cuius petitionem facta esset post primam denunctiationem talis denunctiator solvat nomine pene pro qualibet denunctiatione soldos quinque.

*De condempnationibus famulorum per patronos non solvendis - Rubrica XXI.*

Assisiam facimus quod executio condempnationis famuli vel famule alicuius fiat et fieri debeat in bonis ipsius famuli vel famule si inveniuntur. Alioquin patronus suus teneatur solvere condempnationem ipsam de salario ipsius famuli seu famule, si penes se de ipso salario habuerit sive retinuerit. Et si non habuerit de ipsius salario et sibi mandatum fuerit per offitiales Terami, quod eum vel eam non retineat, non debeat ex nunc in antea in domo sua retinere et si post manda-

[1] La sigla *tm̃*, che trovasi nell'originale, in questo caso potrebbe anche interpretarsi per *tantum*.



tum sibi factum eum vel eam retinuerit solvat patronus retinens de suo proprio condempnationem ipsam et dampnum reficiat dampnum passo.

*De animalibus in dampno inventis non acriter percutiendis et incognitis reducendis ad curiam - Rubrica XXII.*

Assisiam facimus quod nullus et nulla de Teramo et eius districtu audeat maghangnare seu immoderate percutere aut etiam interficere aliquod animal in sua terra vel possessione dampnum dare vel non dare inventum. Et si quis vel si qua contrafecerit emendato dampno patrono cuius fuerit animal solvat pro quolibet animali grosso magagnato percusso vel interfecto, bove, vacca, equo, mulo, iumento, asino et asina, equa et mula, soldos viginti. Si vero fuerit animal minutum emendato dampno patrono cuius erat animal, solvat pro quolibet animali penam quinque soldorum. Et credatur sacramento patroni animalis cum uno teste idoneo et bone fame, dummodo quod sanguis vel livor ex dictis percussionibus in ipsis animalibus appareat. Item quod liceat cuilibet de Teramo et eius districtu ducere ad curiam animalia incognita dampnum dare inventa in possessionibus aliorum, et per curiam ipsa non restituantur, donec ipsorum animalium patronus dampnum emendaverit dampnum passo.

*De dampnis clandestinis - Rubrica XXIII.*

Assisiam facimus quod quandocunque aliquid dampnum in clandestinum datum esset per incisionem ignem seu quocunque alio modo et causa in possessionibus arboribus et fructibus alicuius existentibus intus Civitatem Terami vel extra in pertinentiis eius et malefactores nequeant inveniri, nec sit exinde aliquis diffamatus Judex ab omnibus et singulis de paiese[1] sive contrata

[1] *Paiese* è voce dialettale invece di *paese* e presso noi vale a significare tanto un villaggio quanto (sebbene non sempre) una città. Arrischiandone noi qui l'etimologia, supporremo che essa venga dal *pagese*

et presertim qui magis utuntur et frequentant in illo paiese et contrata ubi dampnum ipsum fuerit perpetratum emendari faciat dampnum passo cuius sacramento credatur usque ad quantitatem duodecim soldorum, dum tamen quod homo bone fame sit. Abinde vero in antea fiat fides iudici saltim per publicam famam de ipso dampno. Et si dampnum passus plus voluerit extimare ipsum dampnum eligantur per Judicem duo homines de dicto paiese fideles qui Juramento prestito ab eisdem ipsa dampna extiment et in scriptis Judici omnes et singulas personas de dicto paiese que iurare teneantur et debeant utrum de dicto dampno aliquid sciverint. Et si aliquis receptator esset contra quem probaretur receptasse aliquem male fame et inique conditionis et conversationis, qui tempore emendationis dampni inveniri non posset, ipsius idem receptor teneatur ad emendam dicti dampni. Et Judex teneatur presentem assisiam summarie facere observari. Et si negligens fuerit perdat de suo salario soldos centum.

### *De dampnis datis non credendis illis qui essent inter se odiosi - Rubrica XXIIII.*

Assisiam facimus quod quum contingerit aliquos convicinos inter se ex aliqua causa odiosos vicissim accusari unum ab altero de guastinis vel etiam de Iniuriis post unam denunctiationem que possit fieri duabus vicibus de guastinis tantum datis factam ab altero contra alterum ipsorum vicinorum vel aliorum inter se odiosorum ulterius non credatur sine conteste extra suos domesticos familiares et carnales consanguineos qui habentur suspecti ab accusato. Et si in aliquo errore predicte contra tenorem presentis assisie facte fuerint sint prorsus nulle et inefficaces et ex eis nulla condempnatio sequi possit.

---

di media latinità, il quale a sua volta deriverà dal classico *pagus* (villaggio). Il lessico del Du Cange ha soltanto l'aggettivo *Pagesii*, *Pagenses*, cui appone la seguente dichiarazione: « Villani glebæ obnoxii: » cioè i servi della gleba.



### *Quod debitores et dampna commictentes bampniantur si non satisfecerint - Rubrica XXV.*

Assisiam facimus quod omnes et singulos debitores et guastinas et dampna commictentes et facientes, qui in curia Judicis Civitatis Terami citati fuerint occasione eorum debiti et guastinarum commissarum et dampnorum et ad iudicium venire ac eorum debita solvere et dampnum emendare neglesserint Judex constituto prius sibi de debito contracto sive de dampno illato teneatur et debeat suo vinculo iuramenti per Civitatem Terami in locis publicis et consuetis facere publice voce preconia bampniri et proclamari quod nullus et nulla de Teramo et eius villis in eorum domibus audeat recipere et nec commestibilia vel potum eis parare vel prebere publice vel occulte et nec ad eius servitium sive laborerium aliquod recipere vel eis aliquod beneficium impertiri nec eis per Judicem Terami Jus reddatur donec petentibus contra eosdem debitores in dampna commictentes de toto eo in quo tenentur integre satisfactum fuerit et condempnatio exsoluta. Et si quis post dictum bampnum emissum contrafecerit in predictis solvat vice qualibet soldos viginti, et denunctiator habeatur privatus et eius sacramento credatur. Et ultra penam predictam teneatur satisfacere de debitis creditoribus ac etiam condempnationes factas et contra eos fiendas.

### *Quod condempnati pro dampnis et guastinis ad tantumdem condempnentur dampnum passis - Rubrica XXVI.*

Assisiam facimus quod Judex et notarius capitulorum semper in condempnationibus per eos promulgandis et dandis contra commictentes dampna et guastinas ultra penas pro ipsis dampnis et guastinis Camere universitatis Terami applicandas secundum formam assisiarum predictarum condempnent eosdem in tantumdem dampnum passis pro dampnis eis illatis. Et si

maius dampnum recepisse dicerent illud coram Judice ordinario petant et fiat eis iustitia sicuti fieret si aliud debitum peterent. Et quum sit executio penarum pro universitate terami fiat etiam executio pro dampno. Et si accusator vel denunctiator peteret quod Judex vel notarius capitulorum daret sibi baiulum pro executione predicta facienda, teneatur sibi dare ad requisitionem ipsius, quod si non fecerit perdat vice qualibet de suo salario soldos centum.

*De conservando eum indempnem, qui fuerit per vicinos exteros coactus ad solvendum ultra penas in assisiis comprehensas - Rubrica XXVII.*

Assisiam facimus quod quotiescunque aliquis vicinus exterus cogeret aliquem de Teramo pro dampnis datis per eum de Teramo personaliter vel cum animalibus suis in bonis ipsius vicini exteri, vigore ipsius assisie dictus de Teramo conservetur illesus hoc modo, videlicet quod dicti vicini exteri pro dampnis datis per eos personaliter vel cum eorum animalibus infra territorium civitatis predicte tantumdem teneantur solvere quantumdem dicti de Teramo solvere compelluntur absolverent quod determinatum sit per assisias Terami dicti de Teramo conserventur illesi, quod plus universitati predicte integraliter applicetur. Et Judex id fieri faciat et executioni mandet sub religione sui prestiti iuramenti. Et licitum sit unicuique de Teramo huiusmodi animalia externa sibi dampnum damptia (*sic*) infra districtum Terami reducere apud Teramum sine aliqua pena. Et si aliquem propterea in maiori curia contingerit iuvetur citatus Universitatis expensis.

*De inventionibus dampnorum datorum non retractandis, et quota pars offitialibus debeatur ex ipsis - Rubrica XXVIII.*

Assisiam facimus quod de omnibus et singulis dampnis datis inventis sive repertis extra Civitatem Terami



in territorio et districtu Civitatis eiusdem per notarium capitulorum seu notarium Judicis dicte Civitatis Terami vel etiam notarium seu scriptorem dicti notarii capitulorum vel etiam scriptores dicti domini Judicis Civitatis predicte ac etiam in aliis concessis per assisias Civitatis predicte inquisitio retrahi non possit per dominos seu patronos locorum ipsorum in quibus ipsa dampna dari reperta fuerint per dictos notarios seu familiares eorumdem contra formam assisiarum Terami. Sed Judex civilium causarum dicte Civitatis et notarius predictus debeant sic repertos condempnare penis in ipsis assisiis comprehensis atque in eisdem procedere et de plano sine strepitu et figura Judicii iurisque ordine non servato, de quibus tertiam partem condempnationum que occasione predicta ad manus Camerarii dicte Universitatis effectualiter pervenirent dicti officiales seu eorum familiares scriptoresque predicti de mensibus in menses infrascriptos, videlicet Junii, Julii, Augusti, Septembris et Octobris habere debeant pro suo labore, ut auferatur materia delinquendi.

*Fideiuxio et obligatio in dampnis datis quanto tempore duret - Rubrica XXVIIII.*

Assisiam facimus quod quicunque occasione alicuius dampni sibi dati receperit ab aliquo fideiussionem vel obligationem et intentionem habuit ipsam fideiussionem vel obligationem exequi et executioni mandare possit et sibi liceat fideiussorem ipsum vel obligatum convenire seu conveniri facere infra spatium sex mensium a die fideiussionis seu obligationis predicte computandorum, quo semestri elapso de cetero non audiatur nec ulterius convenire possit eundem fideiussorem nec etiam principalem obligatum pro ipsa causa sed vigore presentis assisie sit presumptio iuris et de Jure quod dicte obligationes tam principalium quam fideiussorum facte fuerint et recepte animo et proposito eas cum effectu non exequendi nec exigendi atque aggravandi seu etiam

conveniendi obligatos ipsos principales vel etiam fideiussores predictos de fideiussione et obligatione predictis. Et si quis in predictis [1] solvat penam vice qualibet centum soldorum.

### *De Investigatione fienda ad portas et de familia danda per Judicem notario capitulorum - Rubrica XXX.*

Assisiam facimus quod in mensibus suprascriptis in quibus fructus recipiuntur et pendent Judex ad suam electionem semel qualibet ebdomata custodiri faciat per familiam suam aliquam portam Civitatis et scribi omnes apportantes fructus de foris et possessiones non habentes ab ea parte unde intrant Teramum, sed cum ipsa familia sint qui noscant ipsos talia commictentes ipsorum vero consilii sint qui sint et habitent prope portas Civitatis. Et tam ipse Judex quam etiam notarius capitulorum, qui pro tempore fuerint, ad petitionem cuiuslibet petentis teneatur de predictis inquisitionem facere publice vel private. Item quod Judex qui pro tempore fuerit in Teramo det et dare teneatur et debeat notario capitulorum ad requisitionem ipsius notarii familiam suam vel ipsius familiares unum vel plures secundum quod expediens fuerit pro expeditione ipsius notarii facienda. Et si Judex contrafecerit in predictis vel aliquo predictorum solvat Camerario Universitatis Terami vice qualibet soldos centum, de quibus expresse Judex sindicari debeat.

### *De custode ad fructus custodiendos de mense Septembris et Octobris in qualibet contrata fiendo - Rubrica XXXI.*

Assisiam facimus quod annis singulis de mense Augusti et Septembris per dominos possessionum fieri debeat in contrata qualibet unus custos sive guardianus ubi opportunum videbitur hominibus ipsius contrate ad

[1] Qui manca il solito *contrafecerit*.



custodiendum fructus possessionum ipsorum hominum, qui habeant referre dampna que fierent in ipsis possessionibus, quibus solvatur per ipsos homines contrate iuxta provisionem iudicis et duorum hominum bone fame quos ad id dictus Judex secum duxerit eligendos. Et si dampnum aliquid eveniret alicui ob malam custodiam dicti guardiani guardianus ipse reficere teneatur.

### *De capris tantum duabus retinendis et non ultra per quemlibet focularem - Rubrica XXXII.*

Assisiam facimus quod quilibet de teramo et eius villis et castris conferenti [1] in obsequiis Terami pro foculari seu existenti super aliqua massaria alicuius civis de Teramo ad laborandum et cultivandum eius possessiones et terras liceat et licitum sit retinere duas capras seu caprinas bestias et non ultra in quibus computentur etiam irci. Et qui contrafecerit condempnetur vice qualibet et pro quolibet yrco et capra quem et quam ultra dictum numerum retineret Camere universitatis Terami ad penam decem soldorum. Exceptis macellariis Terami quibus ipsos et ipsas retinere liceat causa occidendi et macellandi dummodo quod in fraudem pro fructu ex ipsis percipiendo non retineant. Exceptis etiam eas retinentibus in villa seu paiese Sancti Eleutherii, Nepotiani, Castrognie, Scapriani, videlicet a sancto Silvestro versus castrongniam et in villa sancti Petri ad lacum versus Camplum et in villa offengniani et in villa Sardinaria [2] in quibus liceat ipsus retinere sine aliqua pena dummodo quod illi quibus ut supra dictas bestias caprinas retinere permictitur taliter ipsas custodiant seu custodiri faciant ut dampna alicui non

[1] Pare che sarebbe dovuto scriversi *conferentibus* per concordanza di numero.

[2] Questi son tutti villaggi de' dintorni di Teramo, de' quali ora esistono soltanto Nepezzano, Scapriano, S. Pietro e Sardinale. Il vedere in questi luoghi concesso un numero indeterminato di capre ci fa pensare alle terre scoscese e abbondanti di sterpi ch' ivi trovansi ora e maggiormente allora trovavansi.

inferant et si inferrent earum patroni teneantur ad penas supra in predictis capitulis de dampnis datis et guastinis distincte ordinatis. Excepto quod si dicte capre vel yrci sive castrati caprini qui etiam bestiarum caprinarum appellatione intelligantur dampnum darent in vineis ortis et arboribus fructiferis alicuius de Teramo sive ad aliquem de Teramo spectantibus teneatur custos seu custodiens sive patronus vel earum dominus pro qualibet capra yrco et castrato caprino ad penam viginti soldorum vice qualibet. Si in aliis rebus teneatur ad penas in aliis assisiis comprehensas. Item et quod dictum supra de bestiis caprinis in supradictis locis retineri permissis intelligatur esse concessum nemini maior et sanior pars loci castri vel ville, videlicet due partes ad minus voluerint quod bestie caprine in eorum castro villa vel loco et eius pertinentiis non retineant. Et notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis quolibet mense semel ad minus — Deo gratias amen.

*In nomine domini nostri iesu christi amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo quatragesimo die vicessimo quinto Julii in Vigilia beati Jacobi apostoli completus extitit presens liber assisarum per me Jacobum Bartholomei Leonardi de Teramo Canonicum Aprutinum et Prepositum Ecclesie Sancti Martini de Ripa scriptorem. Sit deo laus. Amen.*[1]

[1] Su questa data vedi ciò che si dice nel nostro Studio (Prefaz., § 7). Intorno poi alle due rubriche che seguono qui in fine, leggi ciò che scriviamo alla nota appiè dell'indice del lib. IV. Esse non sono numerate, ma rispondono ai n. [illegible] e [illegible] del lib. IV.



Assisiam facimus et ordinamus omni tempore valituram quod cum in generali parlamento Civitatis Terami fuerit propositum de mandato et deliberatione domini iudicis dominorum de regimine ac totius dicti generalis parlamenti pro bono comodo et utilitate generali civium eiusdem civitatis, et fuerit in eodem parlamento autentice reformatum sancitum et ordinatum. Quod tabernarii artem taberne in dicta Civitate Terami publice exercentes non possint neque valeant ullo modo emere vinum forense tam in civitate quam extra civitatem terami nec in plateis civitatis predicte publice vel occulte causa revendendi aliis donec et quousque fuerit et sit ac suffecerit vinum civium et hominum dicte civitatis et quod presens reformatio ponatur distribuatur et incorporetur in volumine aliarum assisiarum civitatis predicte et omni tempore mundi valeat et obtineat plenam roboris firmitatem ac si esset facta statuta et ordinata eo tempore que assisie predicte ordinate fuerunt. Et si quis predictorum tabernariorum vel quivis alius civis de dicta civitate emerit dictum vinum forense causa revendendi tabernariis supradictis incidant seu incidat in penam unius augustalis de facto persolvendam camere dicte civitatis predicte pro quolibet et qualibet vice absque processu aliquo sed per bullectam faciendam per manus notarii capitulorum dicte civitatis et habeat quintam partem dicte pene quam pervenire fecerit in communi, et aliter non.

Item assisiam facimus perpetuo valituram quod nullus de cetero beccharius de Teramo vel aliunde vel quivis alius audeat vel presumat vendere vel vendi facere publice vel occulte seu sciaptare[1] aliquid animal pecori-

[1] Il vocabolo *sciaptare* non è registrato nel Du Cange, ma qui dal dirsi *sciaptare carnes* e vendere *carnes animalis sciaptati* si può argomentare che il significato di tal verbo sia *tagliare*. Ed il moderno italiano *sciattare*, che il Dizionario spiega per *conciar* male una cosa, non sembra del tutto affine al medievale nostro *sciaptare?* E non si dice pure *macellar qualche cosa* per rovinarla?

inferant et si inferrent earum patroni teneantur ad penas supra in predictis capitulis de dampnis datis et guastinis distincte ordinatis. Excepto quod si dicte capre vel yrci sive castrati caprini qui etiam bestiarum caprinarum appellatione intelligantur dampnum darent in vineis ortis et arboribus fructiferis alicuius de Teramo sive ad aliquem de Teramo spectantibus teneatur custos seu custodiens sive patronus vel earum dominus pro qualibet capra yrco et castrato caprino ad penam viginti soldorum vice qualibet. Si in aliis rebus teneatur ad penas in aliis assisiis comprehensas. Item et quod dictum supra de bestiis caprinis in supradictis locis retineri permissis intelligatur esse concessum nemini maior et sanior pars loci castri vel ville, videlicet due partes ad minus voluerint quod bestie caprine in eorum castro villa vel loco et eius pertinentiis non retineant. Et notarius capitulorum teneatur inquirere de predictis quolibet mense semel ad minus — Deo gratias amen.

*In nomine domini nostri iesu christi amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo quatricentesimo quatragesimo die vicessimo quinto Julii in Vigilia beati Jacobi apostoli completus extitit presens liber assisarum per me Jacobum Bartholomei Leonardi de Teramo Canonicum Aprutinum et Prepositum Ecclesie Sancti Martini de Ripa scriptorem. Sit deo laus. Amen.*[1]

[1] Su questa data vedi ciò che si dice nel nostro *Studio* (Prefaz., § 7). Intorno poi alle due rubriche che seguono qui in fine, leggi ciò che scrivemmo alla nota appiè dell'indice del lib. IV. Esse non sono numerate, ma rispondono ai n. CLVIIII e CLX del lib. IV.



Assisiam facimus et ordinamus omni tempore valituram quod cum in generali parlamento Civitatis Terami fuerit propositum de mandato et deliberatione domini iudicis dominorum de regimine ac totius dicti generalis parlamenti pro bono comodo et utilitate generali civium eiusdem civitatis, et fuerit in eodem parlamento autentice reformatum sancitum et ordinatum. Quod tabernarii artem taberne in dicta Civitate Terami publice exercentes non possint neque valeant ullo modo emere vinum forense tam in civitate quam extra civitatem terami nec in plateis civitatis predicte publice vel occulte causa revendendi aliis donec et quousque fuerit et sit ac suffecerit vinum civium et hominum dicte civitatis et quod presens reformatio ponatur distribuatur et incorporetur in volumine aliarum assisiarum civitatis predicte et omni tempore mundi valeat et obtineat plenam roboris firmitatem ac si esset facta statuta et ordinata eo tempore que assisie predicte ordinate fuerunt. Et si quis predictorum tabernariorum vel quivis alius civis de dicta civitate emerit dictum vinum forense causa revendendi tabernariis supradictis incidant seu incidat in penam unius augustalis de facto persolvendam camere dicte civitatis predicte pro quolibet et qualibet vice absque processu aliquo sed per bullectam faciendam per manus notarii capitulorum dicte civitatis et habeat quintam partem dicte pene quam pervenire fecerit in communi, et aliter non.

Item assisiam facimus perpetuo valituram quod nullus de cetero beccharius de Teramo vel aliunde vel quivis alius audeat vel presumat vendere vel vendi facere publice vel occulte seu sciaptare[1] aliquid animal pecori-

[1] Il vocabolo *sciaptare* non è registrato nel Du Cange, ma qui dal dirsi *sciaptare carnes* e vendere *carnes animalis sciaptati* si può argomentare che il significato di tal verbo sia *tagliare*. Ed il moderno italiano *sciattare*, che il Dizionario spiega per *conciar* male una cosa, non sembra del tutto affine al medievale nostro *sciaptare?* E non si dice pure *macellar qualche cosa* per rovinarla?

num vel bovinum ebreis seu iudeis habitantibus [1] in dicta civitate vel exteris nec ipsius animalis sciaptati carnes ad pondus vel ad quartum [2] vendere christianis nec minus tempore noctis decoriare seu scorticare excepto dumtaxat de die quod possit decoriare publice et integrum restituere dictis ebreis nec carnis dicti animalis recipere seu reponere pro vendendo aliis et supra premictitur, sub pena et ad penam unius augustalis de argento valoris quindecim carlenorum de argento pro quolibet et vice qualibet persolvendam per bullectam faciendam per notarium capitulorum dicte civitatis et habeat quintam partem dicte pene quam fecerit pervenire in communi.

[1] Degli Ebrei abitanti in Teramo e delle provvisioni che li riguardavano abbiam detto nello *Studio* su questi Statuti, *Parte III amministrativa, Ebrei.*

[2] Cioè vendere non a peso ma a quarti.

FINIS.

# INDICE.

num vel bovinum ebreis seu iudeis habitantibus [1] in dicta civitate vel exteris nec ipsius animalis sciaptati carnes ad pondus vel ad quartum [2] vendere christianis nec minus tempore noctis decoriare seu scorticare excepto dumtaxat de die quod possit decoriare publice et integrum restituere dictis ebreis nec carnis dicti animalis recipere seu reponere pro vendendo aliis et supra premictitur, sub pena et ad penam unius augustalis de argento valoris quindecim carlenorum de argento pro quolibet et vice qualibet persolvendam per bullectam faciendam per notarium capitulorum dicte civitatis et habeat quintam partem dicte pene quam fecerit pervenire in communi.

---

[1] Degli Ebrei abitanti in Teramo e delle provvisioni che li riguardavano abbiam detto nello *Studio* su questi Statuti, *Parte III amministrativa, Ebrei.*

[2] Cioè vendere non a peso ma a quarti.

FINIS.

# INDICE.

---



---

